



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Decimvmqvintvm. De officijs laicorum, qui recipiuntur à
Religiosis Ordinis ad obsequid domestica, seu ad labores quotidianos
manuum, & de præstantiâ status illorum, Deo & Sanctis valdè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

D E C I M V M Q V I N T V M,

De officiis eorum laicorum, qui recipiuntur à Religiosis Ordinibus
ad obsequia domestica, seu ad labores quotidianos manuum, & de
præstantiâ status illorum, Deo & Sanctis valde acceptorum.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I.

- G**erant se tanquam serui omnium, non
ex obligatione (quia serui non sunt,
sed Fratres) verum propter imitatio-
nem Sanctorum & Christi Domini, qui
seruum se fecit omnium, & propter alia
motiua ibidem explicata. CAP. I.
Laborando manibus simul orent. CAP. II.
Magis sint addicti laboribus, quam oratio-
ni ob causas ibi positas. CAP. III.
Labores eorum sunt semina virtutum.
CAP. IV.
Magnorum Sanctorum exemplis exciten-
tur ad humilia officia. CAP. V.
Labores eorum valde æstimat Deus, & mi-
rè remuneratur. CAP. VI.
Labores eorum, sunt causa magnorum me-
ritorum. CAP. VII.
Optent plurimis se occupari laboribus.
CAP. VIII.
Procurent etiam aliorum labores subire.
CAP. IX.
Quarant novos labores, dum suis satisfac-
runt. CAP. X.
Non fingant morbum vel debilitatem, vt
subterfugiant labores. CAP. XI.
Offerant se Superioribus ad quosuis labores.
CAP. XII.
- Etiã ingratè libèter seruiant, præsertim
infirmis in valetudinario. CAP. XIII.
Non ære ferant se aliis, præsertim debilio-
ribus, leniores imponantur labores.
CAP. XIV.
Non pudeat illos opificiorum vilium, præ-
sertim si in saculo iis se occupant.
CAP. XV.
Commoda loca & cubicula non quarant.
CAP. XVI.
Officia sua obeant diligenter, res concredi-
tas sibi conseruent benè, ne destruantur.
CAP. XVII.
Res sibi concreditas, non dent sine licentiâ,
nec sibi vsurpent. CAP. XVIII.
Sine Superioris licentiâ laborem suum nul-
li impendant. CAP. XIX.
Exactissimè voluntatem Superiorum exe-
quantur. CAP. XX.
Modestiâ suâ domi & foris alios adificent.
CAP. XXI.
Quomodo, iudicio S. Baslij, ministeria do-
mestica sint obeunda. CAP. XXII.
Sacerdotium non ambiendū. CAP. XXIII.
Colloquia cum secularibus quomodo insti-
tuenda. CAP. XXIV.
Vsum pilei clericalis nõ exigant. C. XXV.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, est positus in fine huius
tomi.

PRO-

P R O O E M I V M.

CAPVT PRIMVM.

Quam humiles esse debeant fratres recepti ad obsequia domestica.



VT Coadiutores temporales Societatis nostrae, & aliorum Ordinum Laici, seu, ut vocant, Conuersi, vel Donati, ad obsequia domestica manualia ad Ordine recepti, bene sua Officia, iuxta proprias Regulas obeant, valde aestimare debent statum suum, ad quem a Deo vocati sunt, & in eo sua munia obire diligenter, hilariter, & indefesse, vsque ad mortem. Ad hoc autem conducet, accurata consideratio & penetratio intima Monitorum infra scriptorum.

Primum Monitorium. Quamuis fratres Laici domesticis, ad obsequia aliorum recepti, a Superioribus & a Sacerdotibus, & a Clericis Religiosis tractentur, & tractari debeant, tanquam eorum fratres, & filij Dei, non tanquam serui, ipsi tamen ob Christi propter nos humiliati amorem ac reuerentiam, & imitationem, debent se aestimare & getere tanquam omnium seruos, & seruatorum reuerentiam, obseruare alios omnes, tanquam Dominos suos, eisque instar seruorum, exhibere omnia obsequia prompte & hilariter & diligenter, eo modo, quo facerent seruando ipsi Christo; siquidem Apostolus iubet, *Seruos obedire Dominis carnalibus (ethnicis) sicut Christo, & seruire sicut Domino & non hominibus.* Idque tres ob causas.

Primo, quia S. P. N. Ignatius hoc exigit etiam a Sacerdotibus, non tantum ab aliis (prout scribitur in Regula 29. Summarij) *ut in omnibus procurrent, atque potent potiores partes alius deferre, omnes in animo suo, tanquam sibi Superiores ducendo, & exterius honorem ac reuerentiam, quam cuiusque status exigit, cum simplicitate & moderatione religiosa exhibendo.* Si ergo etiam Sacerdotes debent interius, in animo, alios ac proinde etiam fratres Laicos tanquam suos Superiores reputare & honorare, quantum magis fratres Laici, debent reliquos omnes, tanquam Superiores sibi ducere & exterius honorare, cum sint a Deo vocati ad talem statum. Et in antiquis Regulis manuscriptis, & ipsius S. P. N. Ignatij manu propria glossatis, inter Regulas Praefecti Refectorij Regula 15. a S. Patre praescribitur: *Fratrem in officio coadiutoris constitutum, debere semper cogitare, quod seruiat pro amore Dei, eius pauperibus.* Ideo P. Didacus Eguia S. Ignatij Confessarius, quem olim P. Faber nunquam consueuerat, nisi sanctum cognominare, & ipse Ignatius dicebat: *Beatos inter suspi-*

ciendum in caeli sede celsissimam, magnificiens officia nostrorum Laicorum, quamuis esset Sacerdos, scriptam schedam, petiit a S. Ignatio se ad horum fratrum officia applicari, his verbis: Ego Don Didacus de Guia, peto per amorem & reuerentiam D. Dei nostri, a Societate Iesu, veli dignari permittere, ut conuiter Licentiatum Araoz in Hispaniam, non ut sibi e Societate; sed ut ei seruiam, & faciam omnia illa quae mihi mandabit, quia seruiendo isti sanctae Societati, vel alicui ex illa existimo me seruiturum Domino Deo nostro: & id peto cum omni instantia quantum possum, ad maius seruitium & laudem Diuinae Maestatis. Factum Roma, primo die Quadragesimae Anno 1542. Quam schedam S. Ignatius tanti fecit, ut eam conseruauerit in suo Archiuio, a tergo sua manu signatam, quam legi & donauit Collegio Cracouienfi, mihi Romae datam.

Secundo, quia hac ratione plus merebuntur apud Deum, ob exercitium humilitatis, quod elucet in tali modo sua munia obeundi. Nam, *humilians se in omnibus, teste Spiritu sancto Eccli. 3. 20. a Deo inueniet gratiam.* Et ita Deus Pater dial. describens S. Catharinae Senensis excellentes conditiones perfecte obedientium in statu Religioso, dixit: *Verus obediens, solum cogitando de regno celorum, & quomodo veram obedientiam valeat in se perfecte seruire, & quia per viam humilitatis obseruatur amplius, ipse se subiicit ita paruo sicut magno, ita pauperi sicut diuiti, omnium se seruum existimans, nullum aliquando recusando laborem, ut omnibus charitativè seruiat.* Et Sanctissima Virgo Maria, simili modo dixit B. Iosepho Praemonstratenfi, cum tristaretur quod propter curam Refectorij non posset ita vacare orationi, sicut volebat: *Scias, nihil perinde ex debito tibi faciendum incumbere, quam ut ex caritate seruias fratribus tuis.*

Immo quando sunt aliqua officia quae concernunt etiam seculares, ut est officium Ianitoris & factistae, qui coguntur vocare Patres ad instantiam secularium, tunc etiam secularibus ob Christi amorem seruire se putent, vocando eos qui quaeruntur. Hoc enim faciens noster Alphonsus Rodriquez, dum esset Ianitor, & accurrens celeriter ad portam, dum aliquis secularis campanulam portae appensa pulsaret, putans ex deuotione, non hominem sed Christum pulsare, hoc meruit, ut aperta per eum porta, non semel Christus Dominus & B. Virgo Maria, & Angeli, ingressi sint, & eum recrearent, ac cum eo ambularint properanti ad aduocandum eum, qui ad portam vocabatur. In occupationibus & laboribus secularium, & in lucris mercatorum attenditur materia, malunt enim aurum quam argentum vel plumbum acquirere suis laboribus: at in spirituali negotiatione magis spectatur forma quam materia, scilicet finis.

Baling. Ephem. 7. Ap. n. t. Vita eius & proc. pro Canoniz.

& motuum laborum, qui est, & esse debet Deus, seu Dei gloria, ob quam Apostolus etiam secularis vult omnia facere: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quod et repetit etiam Colof. 3. 17. Quocirca si ipsa comestio & corporis honesta refocillatio ob Dei gloriam facta, non carebit retributione, quia, ut ait Concilium Tridentinum, *est opus in Deo factum, multo maiorem retributionem alia opera ob Dei gloriam in utilitatem aliorum facta, & magis penalia, merentur suam retributionem apud Deum, qui, ut ait Apostolus, reddet unicuique secundum opera eius.* Et ita, si cum maiore affectu labores, acum, vel ollam, vel fortices, versando propter Deum, plus mereberis, quam alter tepide suam coronam vel Breuiarium legendo. *Deus enim, ut ait Philo, et parua & magna iudicat, creans singula & formans, nec propter vilitatem materia quicquam subtrahens, nec addens aliquid propter eius pretium.* In hunc sensum dixit S. Gregorius Nazianzenus: *Nihil magni aestimatur apud Deum, quod non pauper quoque donare possit.* Et alio in loco: *Nihil adeo paruum est si Deo fuerit oblatum, licet sit minimum, licet sit paruo dignum pretio (scilicet ex natura sua) cui penitus aditus denegatur, quod non suscipiat misericors ille, dum pro eo eius offeratur.* Ideo Philo. I. quod omnis probus liber, ait etiam opera ex se seruilia non esse talia si suscipiantur ob excellens motuum; sed liberalia, ingenua, & propria nobilitum. Et adfert exempla militum & Ducum, qui in castris fodiendo aggeres, portando ligna, pastum pro equis, aquam, & alia pro belli & castrorum munitione necessaria, nil perdunt de estimatione nobilitatis suae & sanguinis, seruilia tractando. Quanto magis in nostra Societate, quae in Bullis Pontificum appellatur, *Iesu Christi militia*, opera Laicorum fratrum sunt nobilissima, si bene ob Dei amorem fiant?

4. Tertiò, quia hac ratione maiorem erga Deum amorem ostendent, & Christi imitatores erunt, quando ex eius amore se gerent tanquam serui aliorum, cum non sint serui sed Fratres. Merita enim & praemia in caelo tanta dabuntur, quanta erit humilitas & Dei amor in hac vita, ut docent sancti. Ideo Christus Dominus ob has virtutes, adeo in caelis & in terra exaltatus est à Deo Patre teste Apostolo: *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit formam serui accipiens, humiliavit semetipsum, obediens usque ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium & inferorum &c.* Quocirca si Christus Dominus etiam eos qui praesunt aliis, voluit animo esse veluti seruos aliorum: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus;* quanto magis eos qui ad seruitia Domus vocati sunt à Deo, & sponte hunc statum humilem elegerunt, par est, ut se

gerant more verorum seruatorum? Ad quod ex-
 citari debent etiam Christi Domini exemplo, *qui dixit de se ipso: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Quod Christi exemplum ponderans S. Basilii, *Sede muneribus ius, inquit, quae abiectiora sunt, aliquid exercendum sit, sine conuenit. Saluatorem quoque ipsum Discipulis ministrasse, & abiectiora opera facere non recusasse, magnam homini esse, si Dei imitator existat: cum per haec qua humilia sunt, ad altitudinem illa, quod illum est imitatus, tendat.* Ideo S. Bonaventura monet: *Non solum maioribus sed sibi etiam inuicem obedientiam certatim impendant. Incumbit Christi discipulo, ut omnipotentis se tribuat. Exemplo Apostoli, voluntarios se omnium seruos constituant, sicut scriptum est: Subiecti inuicem in timore Christi.* Si ergo Filius Dei venit in mundum propter te, ut ministraret, etiam tu vocatus ab eo ad ministrandum fratribus eius & tuis, debes te gerere, non tanquam aequalis, sed tanquam seruus, hoc est, minister eorum, non quidem ex obligatione status tui, sed ex amore Christi Domini, ut cum imiteris, eiusque humilitatem & caritatem emuleris, qui dixit: *Ego in medio vestri sum, sicut qui ministrat.* Diuina enim virtus, inquit S. Ildorus Pelusiota, *in infirmitate perficitur, quemadmodum ab electionis vase dictum est: Quandoquidem illiterati homines, difertos & eloquentes superant, & publicani paupertatem praedicant. Atque etiam Dominus ipse, non regiam auctoritate, sed seruili vilitate ad incarnationem, omni sermonis facultate sublimiorem vsus, rerum immutationem ad calidum viuendi genus transfudit.* Ideo S. Pachomius Abbas, *quamuis esset spiritualibus artibus occupatus, quando tamen acciderat, ut abesset is, cui monasterij curam commiserat, sic adimplebat omnia solus, velut omnium famulus.* Et S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, cum fecisset ad solitudinem Carthusiae, mansurus cum S. Brunone fundatore Carthusianorum aliquam diu & cum eius sociis, mansit non ut Dominus aut Episcopus, sed ut Frater humillimus ad cunctorum, quantum in ipso erat, obsequia paratissimus, adeo, quod penè omnia ad humilitatem spectantia praeriperet officia, & non ut Episcopus, sed potius conuersaretur ut famulus, cuncta praeripiens opera seruilia, adeo seruenret, ut domesticici conuerterentur, ab eo sibi cuncta praeripi. Huc ergo etiam imitentur. Ideo Beata quoque Clara de Monte Falco corporis integritate, & Christi Passionis mysteris, in eius corde diuinitus impressis, charissima, in Congregationem Deo dicatarum Virginum admilla, earum sed numero volebat esse, quae non ad Chorum, sed ad seruitia aliarum deputatae erant: quod cum ei permillum non fuisset, ut scribit Baptista Pergilius in eius vita; *Tanquam seruam omnium se reputabat, & pro tali gerebat. Ideo tanquam serua omnium se tota vita sua gessit, occupando se in maxime omnium vilius officis & seruitiis domus. Susceperat enim in se, domum verrere, in culina seruire, in valetudinario, resar-*

1. Cor. 10. 31.

se ff. 6. can. 2. 6.

Rom. 2. 6.

quis haeres res rer. diuin.

or. de Sac. Bapt. or. cur tam diu. abstinuit.

Philip. 2. 6. 7. 8.

Matt. 10. 2. 6. 7.

Matth. 20. 2. 8. Conit. m. 6. c. 4.

ro. 2. spe. discipl. par. 1. 4.

Eph. 5. 11.

in Luc. 2. 7. 4. 8. 2. Cor. 11. 9.

6. sic. 2. 11.

Sur. no. 1. 4. 11.

1. 1. 1. 1.

2. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

refarcire vestes Monialium. & his similia: faciendo omnia cum tanto gustu anima sua, vt multoties extasim pateretur. Cum quodam die illam interrogasset, quaedam Monialis, cur semper vellet se occupare in officiis vilibus, respondit: Miror quomodo Monialis recuset laborare & exercere officia etiam vilissima: tibi fateor, me in hoc sentire tantum gustum, vt vellem semper inueniri occupata in illis. Cum seruiret Monialibus, imaginabatur se seruire tot Angelis Paradysi, vnde reputabat se indignam hoc seruitio: & saepe dixit: Nihil nobilitate est pro me. hoc seruitium; conuenientius esset mea conditioni: seruire leprosis & derelictis ab omnibus. Sic etiam sanctus ille coquus, visus a Sancto Ioanne Climaco, in quodam Monasterio, cum ab eo interrogatus fuisset: quomodo perpetuo culinam assilens, in frequenti & perpetuo ministerio haberet mentem Deo vnam, & donum lacrymarum, & simplex orasset, vt ei renelare dignaretur, quoniam modo meruisse istiusmodi Dei gratiam, tandem precibus sagittatus S. Climaci, ita respondit: Nunquam me hominibus seruire arbitratus sum, sed Deo. & indignum me ipsum quere omni iudicans, ex huius ignis contemplatione, sempiterni incendiij iugi memoria compungor.

Tali humilitatis spiritu imbuta S. Euphrasia Virgo, etsi esset ex Regio sanguine orta, & Imperatoribus sanguine iuncta, tamen Monialibus, cum facta esset Monialis, tanquam omnium serua, omnium ministeria manualia obibat, cum summa alacritate & letitia, quamuis aliqua Moniales, eam iriderent. Hoc autem tanto libentius fecit, quia mater eius, dum eam monasticae vitae traderet, id optantem & summis precibus orantem, sic ei sciens se breui morturam, ex Diuina reuelatione, dixerat: *Deum time, & dominas sorores venerare, seruiens eis cum omni humilitate: caue ne vnquam cogites in animo tuo: Regio sum prognata sanguine, nec me istis seruire par est. Si interim pauper in terris, vt quandoque diues efficitur in caelo. Et ita primum per dies quatuor in hebdomada, postea integris septimanis, vti consueuerat, ieiunia permanens noctes sine somno transiens, cum omni humilitate, in aetate tenera, mansuetudine & animi iucunditate sororibus cunctis officiose inseruiebat usque ad mortem. Nam adhuc pridie mortis panes coquebat. Mortua anno tricesimo aetatis.*

Hoc spiritui imbutus, etiam sanctus ille vir, P. Balthasar Aluarez, cum esset Superior, subditos regebat non tanquam Dominus, sed tanquam seruus Dominis suis seruiebat, considerans hoc in eis, quod pro eis Christus mortuus est; & seruire illi propter Christum, magna felicitati sua tribuebat, nec optabat, vt subditi ei gratias agerent propter talia obsequia, vt ad puriora ipse Dominus acceptaret, quod illa erant minus notata, minoresque gratia ab hominibus habita.

Agnoscebat hanc veritatem ex diuino lumine sanctus ille Laicus & noster Coadiutor, adeo laudatus a P. Balthasare Aluarez in vita & post mortem, Ioannes Ximenez, Nam cum co-

filio cuiusdam Eremitae iret Valentiam, vt Societatem nostram intraret, & diabolus in medio itinere accedens, id dissuaderet, fuit ab illa tentatione liberatus, postquam votum emisit intrandi Societatem, non alium ob finem, quam vt esset seruus omnium. Tale autem votum fecit: *Deus ego tibi promitto, me iurum, vt Patribus illis amore tui seruiam: promitto etiam tibi, Deus meus, nihil me facturum, quod non sit amoris tui causa. Ego enim nescio quid eam, vt alicui seruiam, nisi tibi, qui Deus meus es ac Dominus meus. Atque ita receptus, ferre semper in praedio Collegij Casaraugustani ruri manebat (quamuis saepe ad Collegium veniebat) & in praedio nocte dieque, tanquam mancipium laborabat, ligna in vehiculo, & aquam in vaseculo, & res alias, (vti in aliis Prouinciis facere solent agazones & rustici, nostri subditi.) Seruitio domesticorum necessarias vehebat, amplectens cum magna letitia, laboriosa ac difficilia munia, in quibus alij magnam sentiunt repugnantiam, etsi non deessent illi contemptus occasiones, ob falsa testimonia in ipsum prolata, quibus tamen ipse nouit vtiliter vii.*

Hic ergo scopus sit Fratrum Laicorum, vt ob Christi amorem & imitationem, seruiant aliis, non tanquam hominibus, sed tanquam ipsi Christo, recepturi mercedem ab illo aeternam, quia promisit in Euangelio: *Amen dico vobis, quia diu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Quod si vni soli fratri seruitia exhibita, Christus reputat pro exhibitis sibi, quanto magis, si exhibebuntur non vni soli, sed multis in vno Domicilio existentibus, qui pro Christo mundum & omnia reliquerunt.

Ideo cum P. Balthasar Aluarez ex suo Noniatiu missus fuisset ad vicinum Collegium vt coci officium obiret, aded seruo per menses aliquot officium illud egit, atque si tota vita in eo fuisset occupandus, negligens omnino se ac res suas (nec cogitans de mutatione loci & officij) solus attendens, quomodo soli Deo placeret in cuius domo, (vt ipse aiebat,) nullum inuenitur officium vile aut occupatio, qua non sit in magno honore habenda, relinquendo eius diuinationis tempus, prouidentia Dei, qui per Superiores id rotum constituit. Non mirum ergo est, quod hanc humilitatem & estimationem officij culinarij postea Deus ei remuneratus sit, euehendo illum ad eximiam sanctitatem, & eam demonstrando aliis per donum prophetiae, & alias gratias miraculosas: & ei reuelando quod esset futurus in caelo, & reuelando S. Teresiae, quod ille sanctitate superaret omnes qui tunc vivebant in Ecclesia Dei.

Math. 25.40.

Vit. c. 1. P. 9.

Vit. Alu. c. 11. §. 2. pag. 125.

CAP.

CAPVT SECVNDVM.

Dum manibus laborant, quid mente cogitare debeant fratres Laici.

8. **D**um manibus laborant, mentem habeant occupatam piâ aliquâ consideratione, præfertim, pios aliquos affectus erga Deum, & res diuinas eliciendo, saltem mente dicendo ad singulos manuum laborantium motus: *Propter Te*; & per hæc verba intelligendo: *Domine laboro, vel facio hoc, propter Te*. Quoties enim dicent mentalia verba, tot merita congregabunt, & tot præmia in cælis habebunt, pro singulis talibus motibus manuum laborantium. Et ita dicebat S.P.N. Ignatius de quodam Fratre nostro Coadiutore murario, Antonio nomine: *Quot ponebat lateres in muro: quoties tundebat illos suo malleo: quoties calcem apponebat; tot sibi parabat coronas in*

l. 4. de alt. & ballit. cordis.

calo. Quapropter benè monet S. Bernardus: Sicut laborantibus manibus, nec oculus propterea clauditur, nec auris abstinet ab auditu; sic, immo multò melius, laborante corpore, mens quoque ipsa suo inuenta sit operi, ut non vacet. Et tali laborandi modo facillimè possunt Laici fratres euadere omnes purgatorij pœnas, & rectâ post mortem ire in calum. Hinc

9. S. Bernardus, cum quemdam Religiosum vidisset strenuè laborantem tempore mellis in mendo, Spiritus sancti afflatu coram aliis dixit: *Eia frater; age quod agis, nullum aliud post hanc vitam suslinebis purgatorium, ut scribit Thomas Cætipratanus.* Ad hoc comprobandum legi in secrete libro P. Iulij Mancinelli nostræ Societatis Sacerdotis (in vita & post mortem vitæ sanctitate & famâ miraculorum non inani, in Regno Neapolitano, celebris) annotatam propriâ eius manu apparitionem nostri pij Coadiutoris Vincentij Scoriglie, per triginta tres annos podagræ doloribus exagitati, munia tamen domestica (quantum licebat per inuæletudinem) benè obeuntis cuius, ea nocte quâ obiit cum magnâ animi tranquillitate, post vitam virtutum exemplis illustratam, ad se venit anima cum suauissimo vocum cælestium & instrumentorum musicorum concentu: & sequenti die, cum P. Mancinellus Missam celebraret, eandem animam in cælesti gloriâ collocatam, conspexit.

l. 1. Apū. cap. 5.

Idem sanctus Senex, intimè mihi ante annos quinquaginta Romæ notus dum essem Nouitius, cum Neapoli Angelo pharmacopolæ domestico nostro agrotanti SS. Eucharistiam de more attulisset, vidit multos Angelos ei assistentes, totumque agrotantis cubiculum cælesti quodam lumine exhilaratum, & post eius mortem, bis eius animam in cælo existentem vidit: illâ gloriâ coronatam, quam erat promeritus, vitâ exactâ in fuga omnium commoditatum &

asperè tractatâ laboribus assiduâ, & omnino irreprensibili.

Sic, cum mortuus fuisset quidam frater nostraster murarius Italus, dictus Simon, Vilnæ in Lithuania, apparuit P. Petro Scargæ sancto & Apostolico concionatori, ac ibidem tunc Rectori Collegij, totus splendidus, habens manus reliquis partibus corporis splendidiores, & causam maioris huius splendoris esse dixit, labores susceptos in officio suo, in quo manus, plus cæteris corporis membris fatigabantur, & laborabant propter Deum.

Hoc Dominus promisit omnibus purè propter ipsum laborantibus. Nam dixit S. Gertrudis: *In resurrectione futurâ, quando corpus hoc mortale induet incorruptionem, tunc singula membra humana recipient singula præmia meritorum, pro singulis laboribus & exercitationibus, in meo nomine & pro meo amore peractis.* Hinc Procuratori Claustri compatiens, dum oraret pro illo, ut difficiles labores, quos sæpè in negotiis Monasterij perfererat, Dominus illi compensaret, Dominus respondit: *Corpus illius quod toties talibus laboribus pro me lassescit, est mihi quasi quoddam thesaurarium; in quo tot dragmas argenteas repono, quoties ipse aliquod membrum commouet ad necessaria sibi commissis acquirenda, & cor ipsius est mihi quasi arca, in qua tot aureas dragmas reconditas mihi habere gaudeo, quot ipse cogitationibus insignitur subditis sollicitè prouidere ad laudem meam.* Tunc illa cum admiratione dixit ad Dominum: *Domine non videtur mihi homo iste tam perfectus esse, qui omnia sua opera ita purè aggreditur ad laudem tuam, sed credo quod sæpè etiam alia causa instigat eum, ut est lucrum temporale; & per consequens commodum corporale: & quomodo tunc tuum permixta dulcedo Deus tales, ut asseris, in corde & corpore eius, poteris habere delicias: Ad quod Dominus valde dignanter respondit: *Quoniam voluntas eius sic adoptata est meæ Diuinae voluntati, quod ego semper sum causa omnium operum eius, ergo in singulis cogitationibus, verbis & operibus suis, inestimabilem fructum lucratur.* Attamen si puriori & deuotiori studeret intentioni in singulis negotiis, tunc tantò amplius omnia negocia sua & opera nobilitaret, quantum aurum præponderat argento. Item si cogitationes & sollicitudines etiam puriori deuotioris, intentione ad me dirigeret, inde etiam tantum nobilitarentur, quantum aurum optimum ad purum examinatum, præuacuet auro vetusto & obsuscato.*

Hoc modo laborabant Monachi Egyptij, quia, ut Cassianus scribit, ita ab eis incessanter operatio manuum priuatim per cellulas exercebatur, ut Psalmorum quoque vel cæterarum Scripturarum meditatio nunquam penitus omitteretur. Idque hanc ob causam faciebant, quia, ut idem alibi ait, Credebant, se tantò sublimiorem spiritualium contemplationum puritatem mentis intuitu quaesituros quanto deuotius fuerint erga operis studium ac labori intenti.

Quocirca, ut monet S. Chrysostomus, Artifex

h. ad
p. p.
10.
13. c. 49.
In hanc
dit. p. a.
11.
de n. lo
12. col. 9.
14.
L. libel.
7. n. 11.
R. 1. p. 10.
15. a. 11.

manalis es. (alloquitur seculares) sedens psalle: si non vi ore psallere hoc facias mente. Quanto ergo magis id Religiosis faciendum? Imitentur boni fratres Matrem S. Gregorij Nazianzeni, qui or. in funere Patris de ea sic ait: Ita domum suis aduixit curis & cogitationibus, tanquam pia esse ignoraret: ita autem Deo & rebus operam intendit Diuinis, vt licet plurimum a cura abesset domestica (scilicet iis temporibus, quibus orationi vacabat) neutrum tamen offenderetur propter alterum, sed pariter ambo persicerentur. Adiuuandi sunt ergo laboribus externis manuum, vel pedum, pij deuotionis affectus, & veluti aureo annulo laborum, pretiosum lapidem deuotionis inferant, vt labores eorum sint magis Diuinae Maiestati accepti. Nā, vt monet S. Bernardus, Seruus animus & prudens, ad omnem se comparat laborem, nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur, qui semper pra oculis habens, non tam quod agit, quam quod agendo intendit, omnis consummationis attendit finem. Dixi, etiam labori pedum adiuuandum esse pium aliquem deuotionis affectum, saltem illum supra commemoratum, vt singulos passus, quantum fieri potest Deo offerant, dicendo mente: Propter Te: Nam & tales labores pedum, sunt quaedam oratio Deo acceptissima; Ostendit hoc Deus olim cuidam Eremitae, & nostro fratri Coadiutori Alphonso Rodriquez. Eremita quidem seni qui longè habebat aquam à cellula sua per duodecim milia: vbi dum semel iret haurire aquā, defecit. & dixit: Quid necesse est, vt hunc laborem partiar: renio & habito circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset, conuersus vidit quendam sequentem se, & numerantem vestigia sua. Interrogauit autem eum dicens: Quis es tu? & ille dixit: Angelus Domini sum, & missus sum numerare vestigia tua, & dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex, forti animo factus proptor, adhuc longius posuit cellam suam ab aqua illa: vt plures sibi coronas in celo pararet, per plures passus, quos fecit postea, cellā ad locum remotiorem transferat. Si ergo passus hi, ob proptij corporis commodum & refrigerium, ab Eremita (& quidem, vt historia habet, non vsquequaque libenter) facti, digni fuerunt qui in librum Dei manu Angelicā referrentur, quanto magis digni sunt ij, qui à Laicis fratribus fiunt, in commodum fratrum, vel infirmorum, aliorumque; sicut dum sacerdotes confessionis causā, vel alterius negotij exeuntes comitantur, aut pedibus itinera longiuscula conficiunt, praesertim difficili tempore, ob aestum solis nimium, vel frigus acre, aut pluias frequentes, & viam iurulentam aut montanam: Quocirca cum noster Alphonso Rodriquez semel comitatus fuisset quendam nostrum Patrem ad longiusculum spatium & ascensu difficile, Beatissima Virgo Maria in medio itinere ei apparuit, & frontem eius sudantem candidissimo linteo absterxit, vt scribitur in eius vita.

Non timeant ergo Fratres distractiones mé-

Lancicij Opusc. Tom. 2.

tis, dum laborant domi, immodò dum foras prodeunt ad forum, comparanda alicuius rei gratiā, vel vt comitentur alios ob pia negotia. Nam, vt benè dicebat noster P. Balthasar Aluarez, Ij Vit. c. 7. qui ex obedientia Domini exeunt ad agendum cum proximis, nec fidem domi relinquunt, experiantur gratias, iucundissq; lucis ac deuotionis alimentum, quam si se domi continerent. Id enim significat Psalmista cum dicit: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Inter modos autem orandi tempore laborum, pulcher valde est ille, quē etiam adhibebat Ioannes Ximenez supra laudatus, noster Coadiutor, vt scribitur in vita P. Balthasar Aluarez. Nam ex pradio ad Collegium rediens, & aliquid portans, praeter exercitium orationis, se ipsum interrogabat, sibiq; respondebat. Exempli causa: Quo vadis Ximenez ad Collegium vt paululum ibi quiescam. Quod si statim atque peruenis iubereris hunc aut illum laborem subire: respondebat. Non inebunt, quia sum valde defatigatus. Quod si nihilominus id facere iubereris: dicebat libenter faciam. Idq; statim confirmans dicebat: Vtinam Deus meus, id iubeat. Nec raro, Deo ita volente, vt eius desiderio satisfaceret, euenit, vt statim atque satisfatus ex campo redibat, id ipsum ei faciendum imponeretur, de quo ipse in itinere ratiocinabatur: & tunc id faciebat promptissime ac diligentissime: & nominatim, si finem ex stabulo auferre, aut communia loca purgare, aut huiusmodi officia vilia prestare iuberetur, ad que vt se magis mortificaret potius quam ad alia propendebat.

Et infra p. 339. de eo scribitur: Ad particulares actiones & occupationes, particulares etiam considerationes adhibebat. Quando ascendo, inquit, sequor Beatissimā Virginem & S. Iosephum euntes in Aegyptum, quibus me offero, vt operā meā in re aliqua vtiatur: quando autem descendo, redeo cum eisdem in Nazareth. Et hac ratione, piam semper aliquam considerationem inueniebat suis occupationibus accommodatam. Et aded mente eleuabatur, dum aliquid ad Collegium ex pradio veheret, vt non satis atenderet, quomodo currum dirigeret, ac propterea semel rota transiit super quandam puellulā, nullum tamen ei intulit detrimentum. Nam cum hoc vidisset Ximenez, Domino Deo illam commendauit, dicendo tantum: Iesus se adiuet, vt scribitur pag. 340. c. 45. Ita Deus orationes laboribus adiunctas remuneratus est.

CAPVT TERTIVM.

Magis sint addicti laboribus, dum laborandum est, quam orationibus, si excludant labores.

Magis sint dediti & addicti laboribus corporis, quam orationibus; & tēpore laboribus destinato, vel aliis externis occupationibus, nō vacent orationi soli, omittis laboribus. Causa huius rei est, Dei voluntas: qui cum illos vocarit ad vitam actiuam, non ad contemplatiuam, vt habetur in eorū Reg. 2. in laboribus magis ver-

fari debent, qui sunt proprii vitæ actiua; quàm in orationibus, quæ ad vitam contemplatiuam spectant. Quæ de re extat bona doctrina P. Balthazaris Aluar. qui aiebat: *Orationi recollecta trade te, prout tempus suppetet. Si multum suppetet, multum in ea expende; sin exiguum, hoc ipsum tribue illi libèter: præstat enim obseruat à Dei lege, diuidere cum ipso quod ille dederit, quàm furari (tempus destinatum pro laborando) ut possim multum offerre (orationis) Scriptum est enim Is. 65. 3. quod ipse Deus odio habeat rapinam in holocausto: ac proinde etiam odio habebit, si tēpus obedientie subtrahas, etiam ad orandum & sacrificandū. Et multo magis cum ipso orare, sit esse cū Deo: quod si aliquo tempore, ille operā tuā vult in aliis rebus vit. ipsum hoc tempore defraudare, iam non erit ipse tecū.*

17. *Et si ille tecum non sit, quomodo tua solitudo poterit esse oratio: Præsertim quia labores ipsi eorum, ob Dei reuerentiam & amorem suscepti, hoc ipso sunt quedam practica oratio, etiā si aliis deuotionibus non condirentur, præter hanc omnium excellentissimam intentionem, quæ facit, ut labores eorū eleuentur ad perfectionem vitæ contemplatiuæ. Oblatio enim hæc istius intentionis, est actus vitæ contemplatiuæ, maioris perfectionis quàm sit oratio, cum sit actus charitatis, quæ est perfectior virtute Religionis, cuius actus est oratio. Notent hoc benè, quia est res magni solatij.*

Wading. Meritū ergo B. Aegidius Laicus, S. Fratris, socius dilectissimus, cui dā Fratri, cum ei conquestus fuisset, iustum se à Guardiano ire mendicatum panem: cum tamen ipsi videretur longè præstabilis vacare precibus, quàm petendus elemosynis, respondit: *Necdum didicisti, quid sit orare Deū. Vera enim oratio est, si subditus pareat voluntati Superioris sui. Est autem non obscurum superbia argumentum, si quis nolit caput suum subdere obedientia iugo, sed illud potius ei subducere conatur, ut aliā gradiatur viā, quæ ei perfectior videatur. Et tamen videmus, ut bos iugum patitur imponi collo suo, horrea frumento compleri. Certè si quis eā foret animi deuotione, & tam excellenti gratiā, ut cum Angelis loqueretur, si tamen acciretur à Superiore suo, illico omisso Angelorū colloquio, faceret quod iubere volet Prælati sui.*

Ibi. n. 27. *Alia vice, cum quidam frater conquereretur, quod ad eō compelleretur externis vacare laboribus, ut vix posset persolvere preces suas, dicebatq; se propterea velle petere eremitorium, ut posset illic Domino in pace & tranquillitate seruire. Respondit ei Aegidius: Si eas ad Francorum Regem, dicaq; ei, ut numeret tibi mille libras argenti, putasne iure illum dicturum tibi, te quibusdam agitari furis talia ipso petentem, cum nullam ei nauaueris operam: Si vero magnos quosdam & arduos eius causa exantlaeris labores qui tali sint premio digni, fideliter iam & meritò tantam pecunie vim posses ab eo exigere. Si vis igitur in precibus tuis audiri à Deo, primam illius causa laborandum tibi erit. Longè autem plus meriti habet vnum opus bonum pro alterius factū voluntate, quàm duo propria. Si quis tibi restitueret manus, oculos aut alia quibus oratus esses membra, cupidè sanè illi totā vitā inferires, ne eius beneficiis ingratus habereris. Et ecce præpetens Deum dedit nobis ma-*

nus, pedes, oculos, cuncta & spiritalia & temporalia bona, nec tamen illi inferire volumus. Sic etiam S. Ildorus Pelusiota S. Chrysostr. discipulus, Abbas multorum Monachorum: *Oratio, inquit, non nullis verbis, sed probis potius actionibus dirigitur. Videtur enim quædam modum diuinitus vir David, secundum innocentiam suam, iudicium de se ferri postules: & pietatis plenissimus Ezechias, pietatem suā ac religionem Deo supplicem offerat: & vidua Ioppen mulieris de sancta virtutes ac præclaras actiones ad deprecandum adhibeant. Si ad eundem modum precationem tuam expleras: (hoc est, vitam bonam, iuxta conditionem tuam) ad Deum rectè contendet, ac iustitiam tuā tanquam lucem educes, & iudicium tuum tanquam mercedem. Deinde si adiungant pios affectus deuotionis, laboribus dum vacant, adhuc ob illos affectus, labores eorum sunt quedam practica oratio, quippe per orationem animantur quodammodo, sicut corpus nostrum animatur ab anima: Et hanc ob causam sancti Patres aiunt illos semper orare, qui semper benè operantur, & satisfacere Christi Domini merito cum dixit: *Operari semper orare, & non deficere. Luc. 18. 1. Cum ergo labores Laicorum fratrum, suscepti, & continuati propter Deum, seu, ut dicitur in prima eorum Reg. Ob Dei amorem reuerentiamq; elaborati, sint opus bonum, immò supernaturale ob intentionem supernaturalē, & si habeant adiunctos pios deuotionis affectus, iuxta Cap. Secundum, sint valdè opus bonum; illi, qui semper hoc modo suis se impendēt laboribus, semper orabunt, & quidem perfectiūs, quàm si in templo vel angulo aliquo recitent aliquas preces vel Rosarium, quia præter illos deuotionis affectus, qui sunt ipsissima oratio, adiungunt laborem manuum tanquam ab illis distinctum, purā intentione ob Dei amorē & reuerentiam susceptum, qui labor, est actus nobilissimus & valdè meritorius, etsi non haberet adiunctā aliam orationem & frequentationem piorum affectuū. Contenti ergo esse debent, dū propter labores sibi à sanctā obedientiā iniunctos, non poterunt diutius orate vitæ vellent, post redditum statum orationis pensum: sibiq; putent dictū à Deo, id quod P. Balthazari Aluar. dictum est. *Com enim apud Deum conqueretur de defectu temporis ad orandū, extra tempus transactæ meditationis matutina; factū est verbum Domini ad eum: *Quiesce, & satis tibi esse existima, quod vitæ operā tuā, etiā si non sis metū in oratione. Ex quo ipse qui tuus mās & hilaris. Sed etsi non orabunt prolixè extra matutine orationis tempus, benè possunt (vni multi in nostra Societate faciunt) extra laborum manualium tempora, feruenter orare & cogitare de Deo, dum è cubiculo exeunt, dum ad illud redeunt, dum aliquem extra Domicilium comitantur, dū Socios, quem comitantur, sua negotia expedit. Sic P. Balth. Aluar. Cum esset Nouitius & studiosus, Patre aliquem comicaretur, toto illo tempore, & quædam Patre negotia sua peragebat, semper ipse orationi attendebat.****

Et similiter, cum faciebat iter, semper orabat: ac propterea dicere solitus erat, esse bonum, quod quis alium comitur, aut iter faciat, quia tamdiu licet semper orare. Ita c. 3. eius vitæ scribitur p. 24.

Sic ille Monachus Cisterciensis cum in nocte Assumptionis B. V. M. extra Monasterium oues custodiret iussus, qui libentissimè in Monasterio Divinis laudibus, vna cum aliis eiusdè Monasterij Religiosis, interfuisset, auditò ad Maritimum signo, versus illam partem in qua Monasterium erat, omni affectu Salutationem Angelicà (neq; enim alias Virginis preces norat) sepius in agro repetebat per totam noctem & diluculi partè, sine tædio. De quo S. Bern. Deo reuelante edocuit, mane illud in ser. ad Fratres dixit: Scire vos volo, vnum ex Fratribus, quem obedientia hac nocte sub dio in syluis sancta festiuitatis gaudia celebrare cogit, tam deuotum, tam festiuè Domina nostra matutinaru excoluisse seruitium, vt nullus quantumcumq; suspensa contemplatio, seu intensa deuotio, ipsius deuotionis, quæ non alta contemplationis sublimitas, sed submissa sancta simplicitatis humilitas efficit, præferri potuerit.

Ad cuius rei confirmationem, valet præclaru exemplum, relatum in Vitæ Patrum: Cum quidam Fratres Euchitæ erant, id est, orantes, qui docebant (soli orationi semper esse vacandū) ad Abbatem Lucium in Ennate aduenissent, requisit eos in ex, dicens: Quid soleris manibus vestris operari? illi dixerunt: Nos nihil manibus nostris operamur, sed secundum quod dicit postolus, sine cessatione oramus. Quibus senex dixit: Non manducatis illi profesi sunt: Etia. Dixitq; eis, quando ergo comeditis, quis orat pro vobis? At illi conuenerunt. Et ita requisit eos, dicens: Numquid dormitis? cumq; illi se dormire dixissent, dixit eis: Quando ergo dormitis, quis orat pro vobis? Et non inueniant quid responderent ei. Tunc dixit eis: Indulgete ergo mihi, quoniam non facit is sicut dicitis: Ego autè dico vobis, quemadmodum manibus meis operans, sine cessatione oro. Sedit enim de mane vsque ad horã consummatam, & pauca palmiarum folia infundo, & facio exinde funiculos, & interim oro, dicens: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Cumq; compleretur opera manuum mearum, & fecero aliqua vasa, aut paucos funiculos, & emero ex eis numos decem, ex ipsis nummis, duos do pauperibus, & reliquos comedo. Quando ergo comedo aut dormio, tunc illi orant pro me: atque ita per gratiam Dei, implentur à me quod scriptum est sine intermissione orate. Sed & sine aliorum orationibus fufis pro Fratribus, ex Dei amore laborantibus strenuè, ipsa eorum vita consumpta laudabiliter in laboribus manuum, est oratio. Quia, vt ait S. Augustinus, Bene viuendo laudatur Deus.

Sicut ergo duo illi nummi dati à Lucio Abbate pauperibus, orabant quodammodo pro eo (quia vt supra dictum est, quodlibet opus bonu, est quædam practica oratio, præsertim Eleëmofyna, quæ in Scriptura dicitur intercedere pro dante Eleëmofynam) ita ipsi labores fratru Lanciai Lanciij Opusc. Tom. 2.

eorum, ex Dei amore, & reuerentia pro Sacerdotibus & Clericis piè suscepti, & cõtinuati, sunt multo melior oratio, quàm erogatio duoru nummorum pauperibus facta: tū quia ij pro quibus laborat sunt magis grati Deo (quippe serui Dei, votis Deo astricti, & Sacerdotio insigniti, ac vitæ Religiosæ sanctis exercitiis commendati: tum quia labores continui eorum, maiore pretio, & vt ita dicam, stipendio, sunt digni, quàm sint duonummi: tum quia opera bona Sacerdotu & Clericorum pro auxilio animaru facta, à laboribus Laicorum Fratrum adiuta, sunt clamosa apud Deum oratio, quæ pro Fratribus Laicis, etiã dum comedunt, & dormiunt, orat, & quasi clamat ad Deu, ac impetrat multa dona illis, quibus Deus remuneratur seruitia eorum, ob sui amorè alacriter exhibita. Non vacent ergo orationi quado laborandū est, subterfugiendo labores. Pro quare extat præclarum exemplum to. 1. Annalium PP. Capucinatorum, de quodam Fratre, Qui in Provincia Umbria, Religiosi hominis perfectionem in multarum coronarum ac Psalm. recitatione collocans, ita à communibus Domus laboribus, & obsequiis vacabat, vt etiam reliquos honestè laborantes, velut rebus inutilibus occupatos argueret, illi Domini verba malè vitæ: Martha Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, porò vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit: atq; ita fiebat, vt dum Fratres consueto labore, in hortum fodere, is pallio amictus, per horti vias, coronas obmurmurans, deambularet, dum alij scopis domu vererent, is per claustra grauis, quasi qui diuinius rebus occuparetur, incederet, hic dum otio vacat, in grauem morbum incidit, à quo in extremum tandem vitæ discrimen rapitur: quo tempore dū illi à Fratribus funera parantur, repente in spiritu ad Dei iudicium se rapi cõspicit. Sedit iudex, illiusq; opera ad examen vocat. Mox Psalmi & corone in mediū prodeunt: quas iudex cõfessim iis partim, qui pro eo panem emendicauerat, alius quoq; qui illi cibos parauerat, alius pretereã, qui in esodienda tellure insudauerat, alius item qui scopu mandauerat, dispersit: deniq; omnibus illius bonis inter eos qui communibus Domus obsequiis vacauerant, à Domino diuisis, cum nihil honoru illi prorsus superesse, quo se inter Dei operarios collocaret, atq; à iudicis sententia tueretur, summo in discrimine versabatur, ne cõmunem à iudice cum otiosis ac pigris sententiã sustineret. At immensa Dei bonitas iudiciu prorogat ille igitur proprio periculo sapientior, cum à morbo conualuisset, stã studiosè omnibus domus obsequiis se mancipare cepit, vt que omnium erant, solus ipse perficere contenderet. Hinc in Religione recordes addiscant Communia Religiosa domus ministeria, qua cuique incumbunt, inter necessaria vitæ opera connumerari, meritoq; inter otiosos, à Deo computari, qui in contemptis, ad priuata se spiritus exercitia, præter obedientiam conferunt.

Hoc ipsum Deus ipse docere dignatus est. Nã cum S. Gertrudis oraret pro quadam personã illiteratã, quæ grauabatur, pro eo, quod sibi videretur habere impedimentum ab oratione, ex diuersis curis officij sibi commissi, tale à Domino accepit responsum: Ego non elegi

20.
pag. 697.
num 55.
An. 1569

21.
22.
l. 3. c. 74.
pag. 396.
Iulian. diu.
piet.



elegi eam ad hoc ut tantum una hora diei (vel pluribus) mihi seruiat, sed magis ad hoc, ut tota die sine intermissione mihi asit, id est, ut omnia opera sua contineat ad laudem mihi perficiat ea intentione, qua vellet orare. Et insuper hanc superaddat deuotionem, ut scilicet in omnibus operibus, quibus in officio suo laborat, semper desideret, quod omnes qui videntur laboribus suis, non solum reficiantur in corpore, sed etiam attrahantur in spiritu ad amorem meum, & confortentur in omni bono. Et hoc quotiescumque facit, toties quasi singula feruola operum & laborum suorum, quadam saporisima salsa mihi condire videtur.

Quid ergo desiderare potest magis is, qui se hoc modo pie Religionis laboribus impendit? Laboret ergo strenue, quia sic laborando, practice erabit, & magna merita cumulat, Deumque magno gustu & solatio implebit. Quod si aliquando peculiaritates suas deuotiuiculas ob impedimenta laborum perficere non poterit, ut eas perficiendas non subtrahat se a communibus aliorum occupationibus, etiam si sint circa refectionem corporis. Quocirca cum Clem. Caponus Ord. S. Dominici (quanquam eadem historia scribitur de Thoma Capono nobili Florent. Ordinis Minorum) vitam sanctitate & nobilitate elatus, Fratris laici munia obiens, aliquando in iis plus solito occupatus, cum ante horam prandij pensum orationis absoluerit nequiuisset, ipse ceteris prandentibus, coram imagine beatissime Virginis Marie, orationibus ab soluendis incumbat, ab eadem imagine voce delapsam audiuit, qua monitus est, ut in Refectorio iret, ceteris Fratribus se conformaret, per gratiam sibi fore illius bonam voluntatem, quando in officio caritatis, praesertim iussu maiorum, occupatus pensum deuotionis implere non potuisset: satis ei esse temporis a prandio ad illud complendum. Sed quamuis non habuisset tempus pomeridianum, ad complendas illas deuotiones, labores tamen prius recta intentione suscepti, fuissent instar deuotionum: non enim labores in Religione sunt sicut opificum in seculo. Eorum, inquit S. Bern. quos videmus (seculares) corporalibus officiis, etsi non flagitijs implicatos, pro sua suorumque praesenti sustentatione, laborantes labor et si non ad damnationem, minimè tamen pertinet ad salutem &c. nobis autem quid dicitur? Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.

Non cessamus ab operando hoc cibo, etiam cum terrenis foris occupamur operibus, aut obedientia dictante, aut fraterne charitatis intuitu, quoniam dissimilis est nobis intentio ab his quorum laborem periturum esse praediximus. Dissimili proinde radice inherens labor similis, non similiter habet perire, quoniam radicans est in ea, quae nunquam perit, aeternitate.

Quocirca merito S. Xaverius suis id valde commendabat: Oro vos atque obtestor per Christum Iesum Dominum nostrum, ut in abiectis atque humilibus officijs demonem egregie superare nitamini, Et infra: Deus humiles erigit & roborat, eos praesertim, qui in rerum humilium atque abiectarum tractatione tanquam in speculo infirmitatem inueniunt suam, seque ipsos in eisdem

egregie vincunt. Nam, ut bene dixit magnus ille Acacius apud Theodoretum in religiosa hist. est proprium amantium, illa facere, qua cum sunt, eum qui amantur grata sunt. Et alioqui non paruum est periculum, multorumque & maiorum illorum sudorū detrimentum, si pari poteris negligere, tacitus praterire: ut non erubescant talia, memores Christi dicti: Qui me erubuerit, hunc Filius hominum erubescet. Immo S. Basil. illustri loco natus, si Religiosi fiat, sic probati vult: An sit paratus libenter ad omne humilitatis genus descendere, missa omni verecundia ita videlicet, ut sordidissima etiam quaeque artificia suscipere non recuset. Maxime autem ei qui a splendido aliquo vite genere ad imitandum modestissimum humilitatis Domini nostris Iesu Christi exemplum festinans, muneris quaedam praescribi debent, de numero eorum, quae illi sordida estimantur, qui in civili vita versantur. Obseruandumque, num in iis, cum omni animi alacritate non erubescunt. incohsistentem se Deo operari exhibeat. Quapropter si nobilis & illustri loco natus talibus occupari voluit S. Basil. in statu, quae amplexi sunt, Religioso, quae magis id faciendum est iis, qui in seculo talibus officijs erant dediti sine vilo rubore, ob lucra temporalia.

Hinc Deus ipse quandoque imperauit officiorum viliū exercitium viris perfectis. Cum enim quidam senex solitarius in eremo cogitasset se perfectum esse, rogauit Deum, ut ei ostenderet, quid perfectioni eius deesset, cupiens illud facere. Deus ergo ei dixit: Vade ad illum Archimandritam, & quicquid dixerit facito. Reuelauit autem Deus Archimandrita illi antequam ille ad ipsum veniret, dicens: Dic ei ut tollat flagellum, & vadat & pascat ibi porcos. Veniens ergo senex, pulsauit eum & ingressus ad Archimandritam, salutauit eum & dixit: Dic mihi quid faciam ut sim saluus. Et ille ei dixit: Ecce tolle flagellum, & vade pascere porcos hos. Abiit. Hi autem qui eum nouerant & audierant de eo, cum viderent porcos pascentem, dicebant: Vidi istum illum magnū solitarium, de quo mira audiebamus: Ecce stupuit cor eius, & a demonio vexatur, & pascit porcos. Vides autem Dominus Iesus humilitatem eius, quia ita patienter sustinebat opprobria hominum, praecipit ei iterum redire ad locum suum. Quapropter S. Iulius Pelusiota improbavit in Paulo cenobiarca, quod aleret in suo Monasterio Fratres laborare nolentes, alioquin bonos: Ingentem, ut ad me allatum est, Fratrum multitudinē collegisti, qui rectè quidem ac praeclare viuere soleant, verum inertes ac desidiosi manus habeant. Hoc autem nec a Christo factum, nec a Paulo sapienter doctore obseruatum reperisti. Nam ille & vinctus & operatus, ac laborem, & mercedem ob eum pollicetur. (Mat. 20.) hic autem manibus operari, ut nullius auxilio opus habeamus, docuit. (1. Thell. 4.) Quocirca si & Christo Deo obtemperas, & sapientissimum Paulum imitaris, eos laborare doce. Quando autem existimabunt fratres Laici, laboribus difficilibus se impediedos a deuota oratione, non credant huic spiritui, sed praepromisso Dei facto S. Gertr. se solent. Cum enim oraret pro quadam, quae multum grauabatur ex quodam labore sibi iniuncto: hoc a Domino est edicta responsio: Si quis propter me aggredi voluerit aliquem laborem graue in quo

23.
Balingh.
17. sept. n.
4. p. 140.
Ephem.
edit. 3. p.
Chron. S.
Frac.
f. 6. c. 3. i.

24.
f. 6. v. i. l.
ingrat.

Ioan. 6.

1. 3. ep. 7.

c. a. in d.
llan. 3. 16.

11. c. 4.
1. 17.

L. 1. 17.
P. 1. 16.
17. c. 17.
Relig.
6. c. 3. i.

11. c. 11.
1. 14. p. 8.
11.

11. c. 17. 4.

1. 3. c. 6.

quo tale timeri incurrere impedimentum, quo deuotionis conquiratur detrimentum, & tamen postponit propria anima utilitatem, vt meam perficiat voluntatem, huius hominis piam intentionem ego tanti reputo, quod ipsam solam suscipio quasi pro opere perfecto, quod forte nunquam ad hoc veniat: vt hoc opus saltem incipiat: quod tamen habet coram me talem fructum, ac si omnem laborem persequeretur, & nullam vnquam negligentiam interea contraxerit.

Hanc veritatem bene perspectam habens noster P. Balthasar Aluar. quamuis initio sui in Societatem ingressus perturbaretur, dum non haberet tempus pro extraordinaria oratione, tamen postea agnitam hac sua imperfectione, id non curabat, sed contentus ordinaria meditationis hora, occupabat se in rebus a sancta obedientia sibi impositis, extraordinarium tempus pro oratione non quaerens. Vnde loquens cum Christo: Ex nunc Domine protestor meam animi quietem nolle in eo ponere, vt plus temporis conquiram ad mea desideria quam bona explenda; sed in mei ipsius iactura propter te, non in eo, vt plus tibi tribuas, quam habeam, nec in sanitate aut commoditate alia habenda: sed in eo quod tibi placet. Placet autem Deo, vt qui venit ad Religionem, vt in ea laboret, & aliis seruiat, huic rei attendat, & id non relinquit propter orationem spontaneam: quam poterit habere dum nil habet quod in suo officio faciat, vt diebus festis & aliis, vt supra dictum est num. 18.

Sed vt supra ostensum est, ipse labor pura intentione susceptus, conferet deuotionem. Ideo sanctus ille noster Coadiutor Ioann. Ximenius, cum a P. Balthasare Aluar. suo Superiore fuisset interrogatus in manifestatione conscientiae: Quomodo se cum Deo haberet? respondit: Antequam me omnino Obedientiae subiicerem ac traderem, semper erant inquietus, nec bene mihi succedebat, ac postquam id facere decreueram, & re ipsa prestiti, adeo bene me habeo, vt nesciam quid vltra desiderem. Quod si Obedientia ipso tempore orationis, in aliqua alia re me occuparet, nihil curare quod eam non facerem, modo ego obedire: adeoque latius & pacatus currum sequar (quo solet res vehere ad Collegium ex praedio) atque, si in ipsa in oratione manerem: praecipue tum neque sic oratio impediatur. Nam etiam currum sequens suos de Passione rhythmos repetebat ac meditabatur, suasque Dominicas preces earumque mysteria recolere. Habebat enim quosdam rhythmos de Christi Domini Passione, quos recitans, magnos sentiebat internos animi motus, vt non posset sibi a lacrymis temperare, vt ibidem scribitur pag. 525.

CAPVT QVARTVM.

Labores sunt Seminarium virtutum.

Perfusa deant sibi, labores manuum, ea intentione, vt dictum est susceptos, & deuota alacritate continuatos, non tantum magna conciliare merita & praemia, sed etiam conferre virtutes, & deuotionem magnam.

Primo, enim acquiritur & augetur per ma-

Lancicij Opus. Tom. 2.

nales labores virtus Humilitatis. Quatuor sunt inquit S. Bern. quae veram conferunt humilitatem: *Vilitas operis, assidua subiectionis, Comparatio melioris iudicij Conditoris.* En primo loco ponit vilitatem operis. Ideo merito S. Bonauent. monet:

in sententiis. Spec. 2. p. c. 6.

Quoniam ad humilitatem humiliatio via est, non erubescant Religiosi humilia, nec humilitatis officia facile respiciant. Humilitatis autem officia sunt propria Fratrum Laicorum. Quocirca S. Dorotheus, cum ser. 1. dixisset: Neminem sine humilitate, vllum bonum posse attingere, vt aiebat Diuus Marcus Abbas, subdit: Hoc cum cognouissent sancti viri, omni studio & diligentia, (notate modum laborandi eorum) in operationes humiles, quibus sese Deo coniungerent, intenderunt. *Sancti, ex his plurimi amici Deo.* Et idem alio in loco ser. 2. ait: Quendam senem rogatum a fratre, quid esset Humilitas, respondisse: Magnum opus esse ac diuinum nescio quid: vias vero humilitatis, labores corporeos esse, qui cum scientia sunt. Bene dixit, eos debere fieri cum scientia: quia non debent eo modo fieri, quo fiunt a secularibus Cocis, Pannificibus, Sartoribus, Sutoribus, aliisque fabris, sed recta intentione, ex caritate & Dei reuerentia, ex amore sincero erga alios domesticos, ex studio imitandi Sanctos, satisfaciendi pro peccatis propriis & alienis, cooperandi ad auxilia animarum per alios praestari solita; has enim intentiones & modos, labores manuales exercendi, parit scientia rerum spiritualium, quae docetur potissimum in Nonnariis, & in aliis Patrum spiritualium priuatis instructionibus. Nec tantum istud fuit sensus illius Senioris, de laboribus humilitatem parientibus, & superbiam humilitati contrariam atterentibus, sed omnium Sanctorum.

Hinc S. Ioannes Climacus dixit: *Viam humilitatis atque materiam, esse corporales labores, sancti & semper memorandi Patres, deseruierunt.* Et S. Augustinus ait: *Superbia tumorem, operis labore sanari.* Quod & Spiritus S. indicat Psalmo 106. *Humiliatum est in laboribus cor eorum.* Ideo Cassianus hanc morem habuisse omnia monasteria Aegypti & Thebaidis ait, vt in iis etiam senex annis onustus operis & sudoris assuetudinem, ita subire compelleretur, vt propriis manibus, iuxta Apostolicum Praeceptum, quotidianum victum, vel suis visibus, vel aduenientium preparans, & fastus vite praeterita possit & delicias obliuisci, & humilitatem cordis, contritione laboris acquirere. Quod autem sit istud praecipuum Apostoli, dicit Cassianus alio in loco, 1. 10. Infr. co., asserens illud esse ab Apostolo positum 1. cap. 7. Thessal. 4. 11. *Operemini manibus vestris, sicut praecipimus vobis.* Et 2. Thess. 3. 10. *Si quis non vult operari, non manducet.*

26. gr. 25. de oper. mon. c. 13. 1. 2. Infr. cap. 3.

Quomodo autem labores corporales in officiis humilibus suscepti, sint causa humilitatis interna, potest a simili ostendi ex doctrina Galeni, in libro cui titulus est: *Quod mores animi, corporis temperamentum sequantur.* Nam ex pluitibus corporis humiliationibus, anima ipsa quodam modo se accommodat, similibus exercitiis, praestertim, quia

27. 1. 10. Infr. cap. 7.

28.

quia ex pluribus actibus humiliationis, crescit habitus inclinans hominem ad se humiliandum. Quia de re sic dicit S. Dorotheus: Quia anima comparatur, simulq; disponitur ab his qua parantur in corpore, sequiturq; habitum corporis; aliter enim verbi gratia, disponitur anima insidens in asino, aliter sedentis in throno, aliter optimis vestimentis induti, aliter pannoſi Et concludit: labor igitur humiliat corpus, humiliatq; corpore humiliatur pariter & anima. Eadem ferè similitudine, hoc ipsum, idem sentiens, declarat S. Ioannes Climacus, idque confirmat exemplo Christi Domini, qui Ioannis 13. Sciens exteriori habitu figurari anima virtutem, sumpto linteolo, humilitatis nobis compendium ostendit. Studium assimilatur anima, & ad ea que gerit, formatus est, qui in solio, aliter qui in sterquilino sedet. Atque idè fortassis, magnus ille iustus (Iob) extra civitatem sequebatur in stercore. Tunc enim perfectam consecutus humilitatem, ex intimo cordis affectu dicebat: Contempsit me ipsum, & contabui; existimaui autem me ipsam terram & cinerem.

Cum ergo Humilitas laboribus manuum acquiri & augeri solita sit, ut ait S. Chrylóstomus; Mater ac radix & alitrix, & fulcimentum, & pinculum bonorum; Et, ut scribit S. Basilius; Virtutum omnium concentrix, & quam sequitur bonorum veluti quoddam examen; magna est felicitas Fratrum Laicorum, quod perpetuo insistendo laboribus; toto ferè die, habeant medium perpetuum, & in humilitate & per eam, in omnibus aliis virtutibus (quarum est fecundissima mater & radix) crescendi. Hac felicitate carent Scholastici nostri, ex hoc capite, quia occupationes, quibus sunt dediti, ex naturâ suâ, spectate in se, non ita pariunt & augent humilitatem. Scientia enim inflat, ut ait Apostolus: non sic labores. Unde bene ait P. Claudius noster Præpositus Generalis, citato S. Chrylóstomo: Superbia laudibus & honoribus alitur, qui suapte sponte consequuntur concionandi munus, literarumq; & aliarum rerum tractationem, quæ hominum oculis patent. Invidia aliena existimatione & famâ inflammatur. Quorum vitiorum occasionem status Fratrum Laicorum non habet, uti Scholasticorum. Bene enim scripsit S. Isidorus Pelusiota doctus & sanctus Abbas: Humilitate ab omni fastu & ostentatione aliena, literarumq; inscitia, divini Evangelij vis ac potentia maiorem in modum eminet, ut quæ per ea victoriam adeptæ sit, per quæ alij victi sunt: Nimirum, quia Christi Domini Discipuli literis exculti hõ erant humano studio acquisitis. Quia nimirum, ut idè scripsit alibi: Nostra religio plebeis & illiteratis & pauperibus atque abiectis hominibus demandata, brevis temporis spatio fulget, in modum quoquod gentium persuasit. Merito ergo B. Veronica Virgo monita à sanctissima Virgine Maria ut tres literas disceret, albam munditiæ, nigram, id est, fogam scandalij, & rubram meditationis Christi quotidianæ; Monasterium ingressura S. Augustini,

noluit induere habitum Sororum quæ Divinæ officia cantant, in modum postquam ab Angelo omnium Psalmodym modamine decantandis Officium didicerat, ex humilitate noluit inter Sorores Psalmos in choro decantare, ut dicitur libr. 1. c. 11. Et S. Antonius Patavinus multum in statu Laicorum retineri, quàm ad clericalem euehi, & non nisi coactus, factos Ordines accepit. Et hoc argumento usus est S. Antonius Abbas, contra quendam, qui improbaret statum eorum, qui manibus laborabant, ut refert Abbas Abraham apud Cassianum: Ideo, inquit S. Antonius, cum etiam nobis parentum præsidia non desent, tamen hanc curâ opibus prætulimus nuditatem, & quotidiana corporis alimenta nostris malimus sudoribus preparare quàm securâ parentum præbitione fulciri. Laboriosissima huic penuria, illam, quam prædicat, otiosam Scripturarum meditationem, atq; instructuam lectionis instantiam postponentes; quam procul dubio libentissimè sectamur, si hoc esse vtilius vel exemplis suis apostolica tradidisset auctoritas, vel instituta seniorum salubriter præfississent. Anteponant ergo etiam factis Scripturæ lacrae studijs, labores suos, non curent liberos, Beatus Lindouicus Bertrandus, valde laudabatur cum videret Fratres Laicos vivere in Sancta simplicitate, Regulamq; S. Domini servare, qua præcipitur, ne libros vllos habeant in cubiculo: aciebat coronam Desparæ, esse illis vice laborum, & magnam, in existere præsidium ad salutem. Et ita noster Alphonsus Rodriquez, quatuor calleret linguam Latinam, nullum, etiam pitum librum volebat legere linguâ Latinâ compositum, sed si quid ex illo discere cuperet, rogabat aliquem Patrem, ut ipse id legendum in tali libro, sibi traderet: Seiebat enim magnos esse reconditos thesauros in humili ignorantia. Et B. Laurentius Iustinianus describens humilem, ignorantem & de cultu con. cat. idiotam ait: ista ignorantia, hominum opinione reprobatur, sed plerumque divini fulget aspectibus. Non habet in se tumorem superbia, non iudicia proximorum, non verborum phaleras, non adulationis venenum, non proprie fastum excellentiæ. Mænet humilis apud se, proprio contentus statu, non concupiscit ambulare in magnis, neque in mirabilibus super se &c. Non habens astutiam deceptionis, divinâ protegitur bonitate &c. Bona simplicitas ignara, quæ Deum habet protectorem, quæ sua innocentia servat custodiam &c. Multo amplius Deo placet humilium simplicitas, quàm peritorum tumor. Nostri Scholastici sunt similes Mariæ, Laici Marthæ, de quibus sic dicitur S. Bernardus in illud Psalmi: Audiam quid loquatur &c. Optimam partem elegit Maria, licet non minoris fortasse meriti sit apud Deum humilium conuersatio Marthæ. Idem est ad quod tendunt Maria & Marthæ, licet non eadem viâ. Qui tumor procedit à scientiâ destituta humilitate & Charitate, quam labores Fratrum Laicorum partunt. Sicut enim cibi indigesti, inquit S. Bernardus, malos generat, ita ex humores, & corpus non nutrit, sed corrumpit, ita ex multa scientiâ ingestâ stomacho anima, quæ est memo-

fer. 2.

gr. 25.

29.
h. 30 in
Acta.
f. de abd.
101.1. Cor.
8. r.
ep. de re-
nou. spir.
1. 6. de
Sacerd.1. r. ep.
268.1. r. ep.
270.1. r. c. 3.
vii.

Coll. 1.

c. 11.

1. r. c. 11.

101.

viii.

1. r. c. 11.

de cultu

con. cat.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

1. r. c. 11.

via, si igne Christi decocta non fuerit, & sic per quosdam artus anime, mores scilicet atque actus transfusa, atque digesta nonne reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuersus in prauos noxiosq; humores? Tunc ergo status est Fratrum Laicorū humilis, quam Doctrinam elationi obnoxius. Et sicut bene docet S. Thomas 2.2. q. 32. a. 3. ex Aristotele libr. 7. Top. c. 2. Indigenti melius est ditari, quam philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius; ita melius est simplici Religioso indigenti scientiis, operibus manuum Humilitatem nutrientibus ob Dei amorem factis, ditari meritis per ea acquisitis, quam vacare philosophiæ & aliis scientiis, natura sua superbie fomenta subministrantibus magis quam merita. Et hoc sensu dixit S. Gregorius 1.5. mor. c. 3. Sape occupationem tolerantibus non detrimenta sed maiora veniunt lucra: quia dum tu vacare ut appetunt, non licet, rapere alios, quibus adiuuentur, liber. Quocirca cum Christus Dominus dixerit S. Brigittæ: Humilitas introducit Deum in cor. Et, ut alibi idem Dominus dixit eadem: Nihil ita attrahit in animam Deum, sicut Humilitas & compassio proximorum. Felices igitur sunt nostri Fratres Laici, qui in laboribus, perpetuo humilitatis actus exercent, & per eos, in humilitate, Deum in cor adducente crescunt, & ex compassione seu dilectione erga domesticos, pro illis in eorum commodum perpetuis laboribus occupantur. Melius est autem Deum in cor introducere, Deum ad cor attrahere, quam scientias humanas, quibus vacant nostri Scholastici, et si illi ex aliis capitibus crescunt in virtutibus. Acquisita ergo & aucta per labores corporales humilitate, etiam alia virtutes eam comitantur, tum quia (ut supra dictum est) humilitas est, mater & radix virtutum, tum quia, teste S. Iacobo, Deus humilibus dat gratiam: gratia autem confert virtutes: tum quia, ut ait S. Basiliius, Animi in virtute progressus, in humilitate progressus est: tum quia, ut Deus Pater dixit S. Catharina Senensis, Humilitas est præcipua nutritrix & vinctula charitatis: in charitate autem essentialiter hominis perfectio consistit, ut docent Theologi cum S. Thoma: Ideo merito ab Apostolo Paulo, Charitas appellatur, vinculum perfectionis: Merito ergo S. P. N. Ignatius dixit: per humilitatem, cum paupertate, & abiectione sui, virtutes omnes statim introduci. Quocirca bene scripsit Cassianus: Labor carnalis, spiritus contritioni coniunctus, acceperit Deo sacrificium, dignumq; sanctitatis habitaculum, puris mundisq; recessibus exhibebit. Quod & Philo Iudæus celebris in antiquitate author coarctus Apostolis agnouit. Nam I. de sacrificiis Abel & Cain: Labor, inquit, inter præcipua bona numerandus, bellum cum voluptate gerit perpetuum. Hinc enim, si verum dicendum est, omnis felicitatis omniumq; virtutis principium, hominibus Deus declarat: sine quo nihil honestum apud mortales esse inuenies. Nam sicut sine luce videre non possumus, quia nec colores nec oculi ad videndum sufficiunt (hanc enim ceu vinculum

natura preparauit, quo cooptaretur coloris oculus, nam in tenebris neuter suam vim exeret) eodem modo anime oculus nullam virtutis actionem potest attrahere, nisi à labore ceu luce adiutus. Hanc fortè ob causam, ut scribit Maximus Tyrius disert. 7. Magistratus lacedæmoniis statuit, ut, si quo cibo egerent ciues, non aliunde quam à labore mutarent. Et Xenophon 1. 7. pædias Cyri ait: Bonis viris labores obsonij loco sunt. Et Seneca ep. 31. Generosos animos labor nutrit. Verissimum est igitur, quod à me supra dictum est, per labores corporales, modo supra explicato susceptos, & humilitatem & virtutes omnes introduci & augeri. Sed quod minus fortasse credibile videri potest alieni, etiam sensum teneræ deuotionis & pietatis conciliant. Ideo sancti Veteres, sanctis iis perpetuo exercebant. Credentes, inquit Cassianus, se tanto sublimiorem spiritualium contemplationum puritatem mentis intuitu quesituros, quando deuotius fuerit erga operis studium ac laboris intenti. Patet hoc experientia, eorum qui modis in mundo secundo commemoratis, suis laboribus vacant. Apparuit hoc in coquo illo de quo scribit S. Ioannes Climacus à se viso in quodam monasterio, de quo sic scribit: Cum coquam Monasterij aduerterem, in eam frequenti perpetuoq; ministerio, iugiter secum habitare, (hoc est, mentem in Deo habere unitam; hæc enim phrasi Patres veteres significant, deuotam mentem cum Deo coniunctionem, perpetuamque Dei memoriã) gratiamq; possidere lacrymarum, orauis supplex, ut mihi, quomodo meruisset istiusmodi gratiam, reuelare dignaretur &c. Potest ergo etiam in culina, non tantum in solitudine cubiculi, & templo, cor esse deuotissimum, ut solet esse in iis qui habent domum lacrymarum. Confirmatur 1. 6. Ret. hæc veritas verbis Christi Domini dictis S. Brigittæ: In spirituali vita qui perfectè esse desiderat Maria (id est, contemplationis dono præditus) debet prius esse Martha, laborando in honore meo corporaliter. Quia, ut ait S. Gregorius Papa, Homo ad laborem nascitur, & aut ad volandum, quia inde mens ad summa volat, vnde caro in infimis diutius laborat. Hanc deuotionem Laicis rudibus promisit Spiritus S. Pro. 3. 32. Cum simplicibus sermocinatio eius. Et ita merito dixit S. Bernardus; Fatigationis pressura, exprimit sape vehementioris affectum deuotionis. Et alio in loco, loquens de pastoribus 1. 3. de Christum inuisentibus: Agnoscant homines quod Natia, qui in laboribus hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur. Agnoscant quam placeat Superis eius labor, cuius spiritualis intentio est, (vbi est carissimorum Fratrum nostrorum, qui iuxta primam suam Regulam, laboribus suis se impendunt, ob amorem & reuerentiam Dei, in beneficium & commodum aliorum Fratrum suorum, quos etiam propter Deum diligunt.) Addit S. Bernardus motiuum magnum: Quandoquidem, inquit, eos qui pro victu corporis, corporali vrgenti necessitate, laborant, suo dignantur alloquio, & allo-

1. 2. Inft. cap. 12.

37. 8. 4.

1. 6. Ret. cap. 65.

1. 7. mor. cap. 6.

38. ad tr. de mō Dei. 1. 3. de

Coll. 14. c. 12.

30. Vicia.

31. de castro con. ca. 11.

31.

1. 36. in Casu.

Pergil. in
Vita.
2. par. c.
27.

39.

quo tam felici. Experta est hoc in se Beata Clara de Monte Falco, quæ dixit cuidam confidenter, Se velle occupari in vilissimis Monasterij officiis, quod experiretur orationem non perdi in talibus officiis sed augeri. Quocirca mirum non est magnum illum virum in Societate P. Andream Oniedum, qui ad Abassinos missus fuit, & Patriarcha Ethiopiarum obiit, præclaris dicendis sanctitatis exemplis antequam esset ad Societatem admissus, Deo vouisse, ut si in Societatem Iesu non recipere- tur, saltem ad obsequia propria Coadiutorum admitti postularet. Adferam formulam votorum propria eius manu scriptam, huiusmodi.

Roma 27. Iunij die Lune 1541. Ego Andreas de Oniedo Clericus Toletanae Diocesis, non cum dolo, aut fraudibus, sed sponte & libere voueo & promitto omnipotenti Deo, gloriosæ, Virgini Mariae & omni Curia caelestis, me persequens, scilicet, & obseruaturum Ordinem Societatis Presbyterorum Iesu nuncupatorum, quorum Maior siue Superior Minister est Ignatius de Loyola, eorum Presbyterorum siue Societatis ad hoc expresso accedente consensu, & in suum consortium me volentium recipere. Quod si aliquo obstante, ratione, cuius meriti non debeam in eorum Societatem recipi, ipsique Presbyteri consueverint, pro tempore recipere aliquos (sub eorum tamen obedientia) pro ministeris Domus, ut scilicet Coquina, portæ, expensæ, aut pro seruitio Parrum & Societatis prædictæ, eorum similiter accedente consensu & voluntate ad infra scripta, promitto nihilominus & voueo Deo omnipotenti, me futurum vnum ex his perpetuum aut temporalem, ad prædictorum Patrum voluntatem, & prout Societatis fuerit consuetudo. Ita est (manu propria) Andreas de Oniedo.

Hinc apparet, quanti fecerit vir iste sanctus in Societatis historia multis in locis commendatus, Officia Coadiutorum nostrorum, ad quæ obeunda etiam se peculiari voto obstrinxit, si non admitteretur in numerum Presbyterorum. Sic scimus P. Hieronymum Natalem, aded S. P. N. Ignatio carum, & in Societate magnis muneribus perfunctum dicere solitum, (ut testatur noster Pater Rodericus) duobus tantum hominum generibus, se in hoc statu Religioso inuidere: primo Nouitii, qui nulli alij rei, præterquam vni suo in spiritu profectui vacent & intendant: Deinde fratribus domestica officia obeuntibus, quod liberam & exoneratam studij & curæ mentem habeant ad diem totam orationi intendendum. Verissimum ergo est, per labores corporales & virtutes acquiri augeri que etiam deuotionem. Quocirca non sunt habendi pro distractiuis, nec fugiendi tanquam dissipantes collectionem internam, & deuotionis spiritum, sensumque pietatis.

Wading.
to 2. An.
A. 1262.
num. 14.

Benè itaque S. Bonauentura B. Egidio laico, socio S. Francisci, post eius mortem respondit sciscitanti: Nos simplices & idiotæ quidnam faciemus ut salus esse queamus? respondit: Etiam si nullam aliam homini gratiam conferret Deus, nisi ut ipsum dilige-

ret, sufficeret ei ad obtinendam salutem. Et Aegidius: Potestne, inquit, homo indoctus aquè atque doctus diligere Deum? S. Bonauentura respondente, posse etiam simplicem aniculum non minus diligere Deum, quam sacra Theologia benè doctum doctorem. Fr. Aegidius exiliens feruenti spiritu in hortum ingressus est, stansque ab eâ parte qua ciuitatem respicit, alta voce clamauit: O vos pauperula, simplices, & indoctæ anus, diligit Dominum Deum vestrum, poteritisque, maiores effici quam sit Fr. Bonauentura qui est Doctor celebris, & sacra Theologia Magister. Sicque mansit illic immotus trium horarum spatio raptus in spiritu. Idem dictum sibi putent à S. Bonauentura nostri carissimi Fratres Laici, & idèd magni faciant suum statum, præfertim, quia Deus Pater dixit S. Catharinae Scythiæ: Si tu peteres à me, vtrum qui scientiâ caret, ad hunc amorem (perfectum) attingere possit? absolue respondeo, quòd sic est enim valde possibile.

CAPVT QVINTVM.

Sanctorum magnorum exemplo excitent se ad humilia officia.

Magnorum Sanctorum exemplis, debent excitari Fratres nostri Laici, ad humilia seruitia & ad labores corporales, libenter & diligenter, & constanter vsque ad mortem libe-
eundos & multiplicandos. Primo loco proponendi sunt nobis Apostoli ad imitandum: quorum nomine sic scribit S. Clemens Romanus: Qui in Ecclesia iuuenes estis, curate in omnibus rebus necessarios sedulo ministrare, cum omni sanctitate operari vestro vacate, ut omni tempore & vobis & egentibus suppeditare possitis, ne Ecclesiam Dei oneretis. Etiam nos quoque vacantes verbo Euangelij subiectas operas non negligimus: alij enim ex nobis piscatores sunt, alij scenarum artifices, alij agricolæ, nec vquam otiosi sumus. Et S. Paulus de se suisque Coopostolis scribit: Vtique in hanc horam & esurimus, & sitimus & nudi sumus &c. Laborantes manibus nostris. Erat enim artis scenofuctoria, ut habetur. Act. 18. Et de Fratribus Domini refert Eusebius ex Hegesippo, coram Domitiano fuisse vocatos, tanquam ex Dauidico & Regio sanguine prognatos, quos extinguere omnino constituerat. Qui cum manus ostenderent partim obrutas callis, partim laceras mechanico labore, ab omni suspitione rerum nouarum sine vlla molestia dimissi sunt. S. Ludouicus Galliarum Rex singulis Sabbatis in abdutum locum se conferebat, ibique pauperum pedes lauabat, abstergebat, & osculabatur, eodem modo & manus. Certis etiam diebus ducentis pauperibus cibum præbebat, antequam ipse comederet, & illis abundantibus cibum & potum ministrabat. Spiritus Barro interfuit, dum ab Episcopali curâ liber esset, habuit in more pascere gregem: quod Deus, fuisse

fuisse sibi acceptum humilitatis vile officium, miraculo declarauit. Nam cum dimissis per pacem ouibus, ipse orationi se daret, fures accurrerunt infidiari gregi, sed occultâ vi ligati, abcedere non potuerunt, donec superuenit Spiridion, & furum exprobrans cum diuina offensa coniunctum, eos oratione soluit à vinculis illis, non humanâ sed diuinâ manu eis iniectis, & donatos agno, liberos dimisit.

Sancti Crispinus & Crispinianus clarè genere & dignitate, Christianorum pauperum calceis reficiendis operam impendebant.

Scribit Sozomenus, Serapionem fuisse decem millium Monachorum Patrem, qui non contenti laboribus in suis Cœnobis peractis, extra Monasteria cum consensu illius, omnes ex laboribus propriis, quos præcipuè messis tempore, pro mercede manuum conquirebant, partem plurimam ad prædictum Patrem conferentes, reliquum in vsum pauperum destinabant. Hoc autem moris erat, non solum ipsi, sed & omnibus pene Aegyptiis Monachis, & messis tempore conducti fruges demeterent, atque ex eadem mercede, octogenos vnusquisque modios frumentis, plus minusse conquirat, & horum partem plurimam vsum pauperum offerant. Vnde non solum regionis ipsius indigentes alantur, sed & Alexandriam nauas frumento onusta diriguntur, vel in carcerem conclusis vel reliquis peregrinis atque egentibus eroganda. Neque enim intra Aegyptum sufficiunt pauperes, qui possunt misericordia eorum & largitatis fructus absumere.

S. Equitius Abbas, vt scribit S. Gregorius Papa, manibus propriis fœnum secabat. Gallicanus vir Consularis & Constantini Imperatoris gener, cum in Cœnobium Monachorum esset ingressus, ad omnia seruatorum ac famulorum munera, se propter Christum abiecit: pedes aliorum abluibat, pauimenta vertebat, aquam manibus dabat, vt scribit ex alijs Marulus. Romanus Imperator, teste Luitprando, cum à filiis regnandi cupiditate captis ad Monasterium detrusus, redargueretur à Monachis, quod domum vereretur, Respondit: Luculentius regnare eum, qui seruatorum Dei humilitatibus deseruit, quam qui potentibus mundi peccatoribus imperat. S. Martinus Episcopus Turonensis, famulo accumbenti, suis manibus ministrabat, saccos & calceos detrahebat. S. Fulgentius cum esset Abbas, teste eius discipulo, scriptoris arte laudabiliter utebatur, & palmarum folijs flabellos sapissimè contexebat. S. Malachias Episcopus, in culinâ, mensaque Fratris seruebat, & ad mensam legebat, teste S. Bernardo in eius vita: Ipse, inquit, in ordine vicus sua. Cœquinâ ministerio inserviebat: ipse Fratris cum recumberent ministrabat: inter succedentes sibi inuicem fratres, ad cantandum legendumque in Ecclesia, non se prateriri patiebatur. strenuè implens & ipse officium, loco suo, tanquam vnus ex illis. S. Iohannes Siliensis dicebat: iustum esse putari, dum sum adibus robusto corpore, ministrare & seruire Patribus, vt quando ero imbecillus, minime condemner, si mihi mi-

nistrant alij. S. Bernardus, vt scribitur in eius vita, Cum opus aliquod manuum fratres actarent, quod seu minor vsum ei. seu imperitia denegabat. fodiendo, seu ligna cadendo, & propriis humeris deportando, vel quibuslibet laboribus, aequè laboriosis illud redimebat. Vbi verò vires deficiebant, ad viliora quaque opera confugiens, laborem humilitate compensabat. Et paulò post: messis tempore, fratribus ad secundum cum seruore & gaudio S. Spiritus occupatis, cum ipse quasi impotens, & nescius laboris ipsius sedere sibi & requiescere iuberetur, admodum contristatus, ad orationem confugit, cum magnis lacrymis postulans à Deo, donari sibi gratiam merendi. Nec sefellit simplicitas fidei, desiderium Religiosi. Continuo namq; quod petuit, impetrauit. Et ex illo die in labore illo præ ceteris peritum se esse, cum quadam iucunditate gratulabatur, tanto in hoc labore deuotior, quanto se in hoc ipso, facultatem ex solo Dei dono reminiscerebat. De eodem scribit Cæsarius, cum clauso ostio calceos sibi inungeret, dæmon specie honesti hospitis monasterium intrauit, & vbi esset Abbas requisit. Ad quem cum vir sanctus oculos leuasset, dæmon clamauit: Vah qualis Abbas! certe magis deceret illius honestatem hospitibus occurrere, quam ad confusionem Fratrum suorum, in calceis inungendis occupari. Statim vir sanctus diuinitus agnouit, illum esse spiritum immundum, vnde cum rursus ad opus humilitatis rediisset, spiritus nequam in aërem resolutus, disparuit, & à sancti Abbatis humilitate fugatus est.

Aphthonius laudatus à Theodoro, cum post quadraginta annos, quibus Monasterio præfuit, factus esset Episcopus, curam gerebat monachorum illorum, illic multos dies versans, interim pannos consuens vel lentem expurgans, vel frumentum abluens, vel aliquid tractans ex eis qua sunt eiusmodi. Et c. 10. de S. Theodosio ait: Labores semper augens laboribus, persequebatur eam quoque qua manibus sit operationem, nunc quidem sportellas, & vimineas crates contexens, nunc autem parua prædia in saltu efficiens, & semina deciciens, & illius quantum victui satis esset colligans: & alios quoque multos qui ad eum concurrebant, eiusdem habitationis & instituti socios ad eandem vitam deducebat. Memor enim vocis Apostolica, qua dicit: Noctu diuig, operantes. ne effemus ori alicui vestrum. Et: Manus hæ mihi, & us que erant mecum, suppeditarunt. Et ipse laborabat & hortabatur suos contubernales, vt cum anime laboribus, corporis quoque labores coniungerent. Est enim absurdum, vt ij quidem qui aluntur in vitâ seculari se assligentes & laborantes, alant filios, & vxores, & tributa præterea conserant, & ab eis exigantur vestigalia, & Deo offerant primitias, & mendicorum pro viribus medeantur inopia; nos autem non quaramus ex laboribus, ea que sunt necessaria, sed sedeamus compressis manibus, alienis autem fruamur laboribus. Hæc & talia dicens, hortabatur ad operandum in tempore quidem qua sunt præscripta. Diuina peragens officia, id autem quod intercedebat temporis, impendens operi.

Sic

50. Sic S. Zeno pro suis vñibus, ipse aquam portabat, quam si alter portasset, in eius atrium illam effundebat. & ipse currebat ad fontem pro aliis: ferebat autem duas vñas ambabus manibus, vt idem Theodoretus ibidem scribit, nolens bibere aquam portatam ab alio. S. Epiphanius de antiquis Sacerdotibus & monachis disserens: Laborant, inquit, propriis manibus ad impertendum etiam indigentibus, quemadmodum & in singulis Monasteriis, tum in Aegyptiorum regione, tum in aliis omnibus, sic laborant ad iustitiam, velut apes, in manibus quidem habentes ceram opificij, in ore verò guttas mellis cum propria hymniferà voce, vniuersorum Dominum, iuxta proprium sensum laudans. De Humberto Monacho sui Monasterij scribit S. Bernardus: Quanti feruoris in opere Dei diebus ac noctibus fuerit, non solum vidisti, sed etiam admirati estis, vsque ad diem mortis suae. Cùm enim ferè iam ad decrepita[m] peruenisset aetatem, prae[m] incommoda senectutis, & tot & tantis infirmitatibus quas multi vestrum non ignorant, lassatus atque quassatus, erat tamen, vt dicitur, animus victor amorum, & cedere nesciens infirmitati. Denique in frigidibus & calidibus, per montes & valles ascendens & descendens, inuenim laborum persequebatur, ita, vt admirationi omnibus esset & stupori. Suprà autem retulerat, eum 50. annis fuisse Monachum: vnde constat, iam senio & canicie venerandum, & vt ait S. Bernardus, ferè decrepita[m] laboribus corporalibus seu manualibus se impendisse, vsque ad diem mortis suae, quia tantùm per triduum aegrotauit, vt dicit initio sermonis, quem habuit de eius laudibus, quibus eum ornata, tanquam magnum Sanctum. S. Dominicus solitus est in itinere, suis humeris suam gestare sarcinulam, neque passus est vnquam, vt quis eius pallium peramque ferret. S. Franciscus etiam suis Fratribus solitus erat ministrare, immodò cum imbecillissimè ac penè perditè iam valetudinis esset, nunquam sibi seruire à fratribus passus est, ipse sibi famulus fuit, ipse suis manibus pauimenta purgabat, ipse sibi laceras vestes & consuebat & diluebat. Sancta Clara cù virgente S. Francisco, regimen Monasterij suscepisset, plerumque Sororum manibus aquam infundebat, comedentibus ministrabat, infirmarum sedilia lauabat, tergebatur, nec fordida fugiens, nec foeda perhorrescens. Pedes famularum de foris reuertentium, sapius abluir, & ablutos osculata est, vt scribit Surius in vita eius.
51. Sancta Helena Constantini Imperatoris mater, in Hierusalè cuidam Collegio Virginum Deo dicatarum seruebat, vt Rusticus scriptum reliquit. Placilla Theodosij Imperatoris vxor, ad Imperij sedem eleuata, cum primùm Imperialem vestem induit, aegrotos maximà diligentia curauit, neque in hac re suorum familiarium aut ministrorum operà utebatur, sed ipsa se illis praebebat ancillam, ad aegrotos proficiscens, & necessaria parans, & ad Xenodochia pergens, suis ipsa manibus aegrotis ministrabat, vngues

purgabat, ius gustabat quod illis coquebatur, cochlearia illis praebebat vt comederent, panem incidebat, cibum in mensa apponebat, cyathos abluibat, omnia tandem munera exequebatur, quae serui praestare solent, vt idem Rusticus scribit. Sancta Edburga Regis Anglie filia, facta sanctimonialis, singularum sociarum foccos furtim nocte surripiebat, & diligenter lotos & inunctos ac exsiccatos, lectis earum rursus apponebat. Sanctus Antonius Archiepiscopus Florentinus, suis famulis seruebat, & officia domus vilissima obibat. Et cùm adhuc esset Provincialis & Prior in suo Ordine, culinam adibat, cacabos, ollas, athena mundabat, verriculo accepto domum purgabat teste Mainardo in eius vita. S. Vlmarius Abbas Monasterium ingressus in se recepit curam boues pascendi, & ligna ad fratrum officinas importandi, & nocturnis horis, cùm se fratres fomno dedissent, omnium purgandi calceos, mundatosque clam suis restituendi. Paphnutius Presbyter apud Cassianum habens cellam ab Ecclesia quinque millibus passuum distantem, cùm nonagenaria capite excessisset aetatem, ab Ecclesia nolens vacuus reuertì (quam diebus sabbati & Dominico adibat) vas aqua, quam per totam hebdomadam erat sumpturus suis ceruicibus supponens, reuertebatur ad cellam, & nunquam passus est, eam iuniorum sibi labore deferri. S. Pachomius Abbas, ad horam conuini ipse parabat mensam fratribus, & solita exhibebat officia. Rullus nec non in hortulis ferebat olera, quae suis manibus rigabat. Si quis etiam monasterij pulsasset ostium, vigilanter occurrens, promptè responsa reddebat. Infirmis autem, diebus obsequebatur & noctibus, & in his omnibus exemplum se maximum suis discipulis offerebat. Et c. 24. vitæ: Senibus (inquit auctor vitæ anonymus) & aegrotantibus nec non & parulis, misericordia opera, propriis manibus ingerebat praeter ceteris. Et vt dicitur c. 25. vitæ, talia adimplebat omnia solus, velut omnium famulus. De Beato Thoma Villanova Archiepiscopo Valentino, scribit Franciscus à Soto in eius vita, eum olim solitum vilià obire officia: praesertim seruiendo infirmis, verrendo, purgando, lectos sternendo, cibos adserendo &c. & valde conabatur persuadere omnibus amicis suis, vt se in talibus misericordiae operibus exercerent, tanquam in medijs certissimis ad acquirendum multum apud Deum, & ad mittendas aliè radices virtutis. Ideo vocabatur valetudinarius, rubus Moyses, in quo inuenitur Deus, & accenditur cor infirmorum ministri, viuis flammis charitatis & deuotionis: & offerret occasio acquirenda gratia, per actus humilitatis, patientiae, & aliarum excellentissimarum virtutum. S. Ioannes Climacus narrat, inter virtutes Mennæ Monachi, eximia eius fuisse laborum tolerantiam, vnde 59. annos in cœnobio vixerat, in summis maximisque laboribus, quippe, in omni administratione, officij, cœnobij. Denique, vt scribit S. Hieronymus, Aegyptiorum monasteria hunc morem tenebant, vt nullum abij abijque operis labore susceperent. Quod etiam abij abijque

Sancti de veteribus Monachis affirmant, & Ecclesiastici historici. Quare tam multorum Sanctorum exempla laboribus manualibus dedicorunt, merito mouere debent ad imitationem, praesertim exempla Apostolorum. Ideo S. Antonius Abbas, vt ait Abbas Abraham apud Cassianum Coll. 24. cap. 11. differens cum quodam qui propriis manibus non laborabat, & improbabat hos labores, hoc inde damnum sequi dixit, quod fructu manuum tuarum, & iusta laboris proprii mercede defrauderis, & non permittaris secundum B. Apostoli Regulam, quotidianum victum tuis manibus preparare. quem ille, vltima Ecclesia Ephesiorum Principibus praecipua promulgans, se etiam sanctis Evangelicae predicationis studiis occupatum, non solum sibi, verum etiam his qui erant erga ministerium suum necessarios obsequii praeparari, praebuisse se memorat, dicens: Ipsi scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Quod tamen vt se fecisse pro forma nostrae vtilitatis ostendendum, ait: Non otiosi sumus inter vos, neque gratiam ab aliquo manducamus, sed in labore & satisfactione, nocte & die operantes, non quia non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Denique maius his omnibus motiuus esse debet, ad commendandos labores manuum, quia Christus ipse in Regula proprio ore dictata S. Brigittae (quam Sancta Ecclesia agnoscit pro Regula a Christo ipso dictata in Breuiario) sic praescripsit laborem manuum, & illum laudauit in sanctissima sua Matre & Apostolis, & suo quoque exemplo comprobauit. Mater, inquit, omne tempus suum tribus distinxit temporibus; vnum, quo laudauit Deum ore suo, aliud, quo manibus suis ei seruebat, tertium, quo corporis infirmitati compatiens, necessaria tribuit ei iuxta modum: sic sorores omni tempore, quo Diuinus non interfuit, vel lectioni, & tale tempus fuerit, etiam manibus suis laborant, vt sicut mihi seruiunt ore, sic seruiant & reliquis membris. Et iste labor non sit ad aliquam mundi vanitatem, non ad aliquod proprium lucrum, sed sicut labor Matris meae, pro honore Dei, & Ecclesiae, vel pauperum vtilitate. Omnia autem opera sua facient, cum licentia Abbatis. Nunquid ego ipse eorum Deum sui in mundo sine labore? Nunquid non laboraui eundo, docendo, patiente? Nunquid Apostoli mei fuerunt sine labore? quibus bene omnia potuissent sufficienter dedisse, sed ipsi omnibus membris suis seruiuerunt mihi Deo suo, vt per laborem corporalem, aptiores essent ad laborem spiritualem. Quocirca bene scripsit S. Basiliius: Christus prima sua etate Parentum suorum imperio subiectus fuit, & labores corporis omnes a quo cum ipsi animo illis obediens tolerauit. Verisimile enim est eam homines illi essent, & iniuria & pietatis cultores, tamen, neque necessariis ad viuendum copiis satis instructi (quod ex praesepio intelligi potest, in quo venerabilis ille factus est solitus eos in assiduis corporis laboribus versari, & hac ratione quotidianum sibi victum quaritare. Porro Iesus, cum in his, vt diuina littera praedicant, esset subiectus, sine dubio in perferen-

dia etiam, vna cum ipsis, laboribus morigeram declarabat suam obedientiam. Nam, vt colligitur ex Euangelio Matth. 13. 55. Mar. 6. 3. Christus Dominus fabrilem artem cum Ioseph exercuit, quem fabrum fuisse praeter Barradium in cap. 2. Lucae Paulum Burgensem in c. 6. Matth. & Simonem de Callia l. 4. c. 2. omnes asserunt. Alij fabrum lignarium (quod Arabicus textus addit) vt Iustinus in dial. cum Tryphone, S. Chrysostomus apud S. Thomam in c. 1. Matth. & ipse S. Thomas in c. 13. Matth. Abulensis q. 81. in c. 13. Matt. Lyranus, Cathusianus, Iansenius, Maldonatus, Cornelius. Alij ferrarium, vt S. Hilarius can. 14. in Matth. S. Ambrosius l. 3. in Luc. Beda in c. 3. Marci S. Anselmus l. 3. in Luc. Sed S. Ambrosius verumque insinuat, aurificem vel murarium fuisse, putat Hugo. Sed si faber fuit, vilia faciebat. Hinc S. Iustinus l. c. Erat, inquit, aratra & iuga boum conficiens.

CAPVT SEXTVM.

Deus magni aestimat labores manuum.

LABORES corporales, seu manuales, fratrum Laicorum, valde aestimat Deus. Indicaui hoc Deus Pater S. Catharinae Senensis: Tu, & alij serui mei noueritis, qualiter & quomodo sacrificium de vobis mihi facere debetis. Dico sacrificium actuale pariter & mentale simul vnum prout vnum est vas cum aqua, quod alicui Domino praesentatur. Nam aqua sine vase praesentari non potest. Vas quoque vacuum Domino praesentatum non esset acceptum. Ita dico vobis, quia mihi debetis offerre vas istud, videlicet labores plurimos actuales, & alia corporalia exercitia sancta, quocumque modo mihi concedere placuerit vobis. Nec eligere debetis vestra voluntate tempus neque locum siue labores, vt vobis gratum est, sed vt mihi concedere placet. Sed istud vas omnino debet esse plenum, videlicet omnia tolerando cum amoris affectu, atque patientia vera, defectus vestri proximi, cum odio tamen & displicentia peccatorum (scilicet non curando, si quis tuos labores carpat, vel parui aestimet.) Tunc isti labores, quos tibi nomine vasis appellauit, reperiuntur aqua gratiae plenae, quae confert animae vitam. Et ideo in hac quoque vita remuneratur modis miris. Supra vidimus ab Angelo numeratos esse cuiusdam Eremitae laborantis in portanda pro se aqua passus. Et nostri Fratris Rodriguez fratem praefatigatione pedestris itineris sudantem, esse a Beatissima Virgine candidissimo lintheo abstersam, cum praefatio non posset Patris iunioris gressus & passus aequare, ac ideo praefat debilitate, in monticulo quodam confedisset. Fratrem nostrum Murarium splendidiore manus post mortem habentem, a Patre Petro Scarga esse visum. Sed non desunt alia huius diuini fauoris argumenta, quibus honorat etiam

1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200

65.
dial. c. 12.

num. 14.

iam

iam in hac vitâ Religiosos, alacriter, & diligenter, & constantè, laboribus manualibus, & officiiis humilibus, ac iudicio vulgi, sed non Dei, vilibus, intentos. Seruile quidem & abiectum sentit esse Aristoteles, manibus laborare, sed honestum S. Augustinus: Neque enim honestus reprehendit quod reprehendit superbia eorum qui volari honestè amant, esse non amant. Hinc Iulianus Cœchensis Episcopus labore manuum victum quebat, & facultates Ecclesiæ in pauperes erogabat, multis ob id miraculis nobilitatus. Wino-cus labore manuum inopes sustentabat, molam circumagebat: Deus, cum aliis intentus esset, per Angelos molere perrexit, vt honoraret laborem manuum obsequio cœlestium Spirituum. Noui ego Romæ rusticellum simplicem, sed pium, & cum opinione sanctitatis meo tempore Romæ mortuum, qui dum araret & metrem piâ aliquâ cogitatione reficeret, sanctos Angelos in cœlo cantantes audiebat, quasi secum in altero choro Deum collaudantes. Cum Clemens Caponius Dominicanus, aliàs à me commemoratus, vel, vt alij scribunt, Ordinis Minorum, nobili loco natus, fratris laici obiret munia diligenter & hilariter, delectareturque omnibus vilioribus Monasterij officis ac ministeriis, Christus Dominus humilitatis Magister & Amator, & Angeli illius virtutis amantes, frequenter eum in his laboribus occupatum miserunt, & solati sunt. Sæpè etiam noster Alphonsus Rodriquez cum in Ianitoris officio per annos propè quadraginta versaretur, dum ad pulsam campanulæ more solito, aperiret portam, per eam vidit ingredi Christum Dominum & Beatissimam eius Matrem, & se comitantem. Cum S. Gertrudi Dominus soleret duobus modis se communicare, primo ita, vt aliis inferuire non posset, tota absorpta in Deo; aliò verò modo, ita, vt posset vtilitatibus aliorum deseruire, Dominus ei dixit: Quid potius eligis filia, an vt ego seruiam tibi (scilicet, communicando se) h primo illo modo, iam dicto, vel, vt in mihî seruias? illa non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Dominus sui, potius elegit, cum labore ministrare aliis ad laudem ipsius, quàm vacando & gustando quàm suavis est Dominus, propria satisfacere delectationi. Quod Dominus miro modo videbatur acceptare. Hanc etiam ob causam S. Ludouicus, cum esset filius Regis Siciliae, Ordinem S. Francisci intraturus, volebat alicubi illum Ordinem ingredi, vbi ignotus esset Fratribus, ne eum honorarent, & vbi liceret abluere catillos, coquinam, domum verrere, & cetera humilia facere. Scio enim, inquit, nihil esse tam gratum Deo, quàm si vitæ merito magni, tamen non magni sed humilitate infimi videamur: cum tantò quis pretiosior Deo sit, quantò quis propter eum vilior sibi. Cum Menna Monachus transactis 59. annis in humilibus officiis cenobij, quæ obierat eum summâ alacritate & diligentia, spiritum Deo reddidisset, tertîa die, dum pro dormitione illius officium

confectum celebraretur, (vt scribit S. Ioannes Cli-macus, qui præsens ibi aderat) subitò locus ille, vbi sancti viri corpus iacebat, miri odoris fragrantia repletus est. Permissit igitur magnus ille, (scilicet Abbas, post quem hic Menna secundus fuerat in regimine) loculum, in quo depositum erat corpus, deigi: quod cum factum esset, vidimus omnes (inquit S. Climacus) ex illius pretiosissimis plantis, veluti ex duobus fontibus, vnguenti manare suauitatem. Tunc ad omnes Monasterij Magister conuersus, videtur, inquit, vt fatigationem eius ac laborum sudores, quasi reuera vnguentum pretiosissimum oblatis, susceperit, sunt à Deo. Cum Fratres Ordinis Cisterciensis messis tempore, suis ipsi manibus metent, & sub pondere diei & æstus, aliquando ad sudorem vsque laborassent, cellarius vir sanctus & sapiens, qui quæ extra dormitorium, quod clausum repererat, nocte illa remanserat, vidit inter primos leuesque somnos, eximîâ pulchritudine fœminâ, duabus velut pedisequis, lumina præferentibus comitatam, ab eaque se, cum propius accessisset, interrogatum dormiretne an vigileturum ille se vigilare dixisset, quæ hisset que ex his vicissim fœminis, quid ibi per noctem agerent, audisse à præclarâ illâ matronâ, se esse Mariam, cuius & ipse, & tota eius familia, eorumque omnia in fide ac tutela essent, vidissetque valculum præ manibus eam habere vitreum accristallinum, velut plenum odoramentis, quod sibi ad nares identidem admovebat, tum ita dicens: Meos hodie Monachos in agro conuisi, eorumque sudores in hoc vasculum mihî collegi, quorum odor, & mihî & Filio meo suauissimus afflatur, dignus vigi, suo præmio atque mercede. Cum ille rursus quæretet, qui fieri posset, vt qui non tam humilitatis studio, quàm necessitatis inopiâ, susciperetur is labor, ita tamen eis gratis accideret, respondisse illam, etiam necessitatem, cotonam patens, nec propterea voluntatem expertem esse coronæ: ac proinde quicquid ab eis ageretur, siue id necessitate fieret, siue voluntate, id suum proflus esse, idque sibi tanquam proprium vendicare, ad remunerandum, suaque mercede cohonestandum. Quo viso ita summati sunt omnium Fratrum animi, vt laboribus inter se mutuis, strenuisque postea certarent, quo ex sudore cuiusque vas tantæ Virginis, si illa adesset, completeretur. Simile exemplum est in iisdem historiis Platini Cisterciensibus. Cum enim Remaldus vir sanctissimus, à reliquis fratribus in mellorio opere occupatis, iustus propter ætatis grauitatem secessisset, eamque ob causam maestus sederet, vidit choros faminarum de proximo colle descenditium, omnes vestimenti candidis, vnâ præeunte, quæ reliquas omnes & proceritate & pulchritudine longè superaret. Hæc igitur cum suo comitatu, vt ad Dei famulos propinquatis, singulos peramanter complexata, ac osculo dignata, insuper linteolis quæ duæ comites deferrebant, de illorum frontibus sudorem, pulueremque

de opere monach. Sur & Martyr.

Sur. to. 6. 6. Nou.

66.

Vita eius.

67.

1. 4. c. 2. p. 430 Inf. diu. piet.

c. 11. vitæ.

68.

Chron. Cister. & spec. cr. emp. lib. 9. c. 12.

70.

171.

71. Monit. l. 1. c. 1. l. 2. d. m. l. 3. p. 149.

72. l. 1. p. 7.

remque abstergere cepit, quin etiam contectius laborantes, suauis & largius recreare. Quod cum miraretur Reinaldus, altitit ei quidam aspectu venerabilis, a quo edoctus est, illam quam videret, esse Dei Matrem, reliquas vero Virgines in caelo degentes: venisse autem eam ad suos illos messorum (hoc enim verbo vsus est) visitandos. Ita Deipara & caelitis labores manuum placent in Religione pro Dei amore suscepti.

70. Hac pertinet & illud coqui Cisterciensis exemplum (vt ibidem refertur) qui cum aliquando per totum diem, aduenientibus aliis atque aliis hospitiibus, Fratribus cibum coqueret, vesperi festus, dum suas quasdam Dei Matri preces orationesque persolueret, in summa pugna luctaque cum somno, Sanctissimam Dei Matrem Mariam ad se venientem suis oculis conspexit, his eum verbis iucundissime consolantem: *Fili bone, satis tu quidem haecenus mihi fecisti, confer te tunc pauper ad quietem. Quo viso, magna quadam voluptate perfusus, placidissimo somno consopitus est.* Narrat Caesarius de altero Cisterciensi fratre, nomine Hermanno, cum post Completorium in lectulo suo quiesceret, & subito recordaretur se vnam horam, quam in honorem Virginis decantare solebat, propter diurnas occupationes distulisse, & ex obliuione omisisse, e lecto exiliit, vt vel eo tempore illam recitaret. Miru dignum. Dei Genitrix repente ei astans, & labores eius diurnos miserata, iussit vt quiesceret, voluitque pro eo neglecta horam supplere. Et 3. par. Chrō. S. Franc. l. 1. c. 36. scribitur de fratre Iouene, qui cum coronam B. V. M. quam quotidie recitare solebat, semel propter hospitiū multitudinem, quibus excipiendis occupatus fuerat, valde defatigatus, cepisset vesperi recitare, & inuitus somno oppressus fuisset, a B. V. Maria, & ab Angelis, vt melius quiesceret in lecto, ita vt erat dormiens depositus est.

71. Cum igitur adeo sint accepti labores corporales Caelitibus, non est mirum, quod Diuina Maestas sic laborantibus velit suum diuinū palatium exornare. Refert Bloisius, & scribitur in gestis S. Gertrudis, Christo iubente, & ea probate conscriptis, S. Gertrudi Dominum dixisse: *Quemadmodū prepotens aliquis Imperator, non solum gaudet habere in palatio suo, delicatas ornatasque puellas, sed etiam constituit, & ordinar Principes, Duces & milites, aliosque ministros diuersis operibus aptos, qui semper parati sint, ad negotia eius peragenda; ita & ego non solum delector, in reuenerioribus delictis eorū, qui Diuine contemplationis quietem, me trahente, sequuntur, verum etiam allicior ad manendum cum filius hominum, dum ipsi qualibet exercitia vilium negotiorum, mei honoris & amoris causa suscipiunt.*

72. Porro hinc quoque colligi potest quantopere Deus aestimet Fratrum Laicorum officia, vt ipse quodammodo immediatē quandoque attendat, ea vt benē fiant. Scribitur in Annalibus PP. Capucinorum: *In Conuentu Viniola Lucaniae Prouincia, Lancicij Opusc. Tom. 2.*

Vitalem à Grumeno nono. in eo Conuentu sacrista minus obeuntem solitum celi quadam voce toties admoneri, quoties noctu lampadem, que ante sacrum Eucharistia altare lucere solet, extingui, vel matutini officij tempus paululum è statuta media noctis hora delabi contingeret.

CAPVT SEPTIMVM.

Labores sunt causa magnorum meritorum.

EX dictis, dilectissimi nostri Coadiutores, & alij illis similes, debent pro sua Instructio- ne & solatio hæc decerpere:

73. Primò, magnifaciant suum statum, & labores illius, ac humilia officia obeant alacriter, in quibus pro Dei amore & reuerentiā in beneficium aliorum occupantur: sunt enim magnorum meritorum causa & via ad caelum, iuxta monitum S. Basilij. *Intelligendum est, inquit, debere pietatis cultorem, vitiora etiam munera magno cum studio, magnaque cum animi alacritate suscipere. scientem, nihil minutum esse, quod Dei causa fiat, sed grande & spirituale, & eiusmodi quod caelum nobis, & premia caelestia conciliat. Conciliant autem certò caelestia præmia, pro caelorum & terræ Domino libenter & diligenter exantlati labores, & suscepta humilia officia.* Hinc S. Arsenius duorum in saeculo filiorū Theodosij Imperatoris Magister (scilicet Arcadij & Honorij) factus Monachus, rogatus, in quā maximè se confideret: *In eo, inquit, quod homines fugi, quod tacui, quod steti.* (scilicet peccata commissa.) *At in eo potissimum, quod manibus laboraui.* Non fuit inanis hæc spes, quia conuersatio & vita, humilitatis exercitiis ornata, est signū & medium, ad caelestem gloriam consequendam.

Hinc S. Bern. suos Fratres operibus manualibus, & officiis humilibus quotidie deditos, eos etiā, Ascens. qui Clerici & Sacerdotes erant, & ad Chorum deputati, alloquens, securè dixit: *Quis scit somnium vestrum, quos hic video, nomina scripta sunt in calu, & in libro predestinationis annotata: Vocationis enim vestra, & iustificationis, aliqua signa mihi videor intueri, in conuersatione tanta Humilitatis. Propterea dilectissimi, perseuerate in disciplina, quam suscepistis, vt per humilitatem ascendatis: quia hæc est via, & non est alia præter ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius; quia sola est humilitas, que exalbat, sola que ducit ad vitam.* Quocirca placere debent officia abiecta & humilia vulgi iudicio, & omnes labores hanc humilitatē & abiectionem præferentes, quia, vt ait S. Basil. loco cit. *Quis iam humile ausus quippiam appellare, quod Deus, ipse attingere non recusauit: Ideo autem attingere nō recusauit, vt homines pro eius timore similibus obsequiis se dedant tanquam Deo valde acceptis & ab eo remunerari solitis.*

Cum semel opus quoddam egregium noster P. Baltasar Alvarez præstitisset sequenti die mane sub oratione vidit Christum, Dominum nostrū præclaris donis valde onustum, & onere illo quodammodo grauatum, ac desiderantem exonerari, & propensum se ostendentem ad gratificandum exonerari: & quamuis magno desiderio

Const. mō. c. 24.

74.

75.

l. 2. de & officiis humilibus quotidie deditos, eos etiā, Ascens.

76. Const. mō. c. 24.

Vit. c. 7. P. 83.

68. Chron. Cister. & spec. et. emp. hll 9. ct. 10.

71. Mon. hll. d. m. p. 1. 3. 4. 5.

Plat. 1. 2. 3. 4.

72. p. 7.

id cuperet, non tamen onus deponerat, eò quòd vasa de-
essent, in quibus eius dona reponeretur. Ex quo intellexit
P. Alvarez. opus suum fuisse Diuina Maiestati acceptum:
& per charitatis opera, (qualia sunt omnia Fratrum
domesticos labores obeuntium) obtineri à Christo
ingentia bona: sibiq; talem se ostendisse Christum, vt ipse
magis ad huiusmodi opera excitaretur, & alios ad eadē
exercenda exstimularet. Aliā vice fecit Deus cum sen-
tire amorē erga proximos (qui maximè in obsequiis
externis elucet, si verus sit amor) esse rem valde sa-
eram, magnamq; amoris Dei & obedientie, quā anima
mandatis eius pareat, testimonium. & quod ipse Deus
multum sibi in eo complaceat, indicium. Et qui Dei vo-
cibus non absurdesunt, omnia officia, quae proximorum
charitas exigit, libenter ex obedientia amplectuntur. Nā
quòd illis de se ac rebus suis largiuntur (scilicet, labo-
res suos, indutrias, obsequia, sudores, itinera,
defatigationes, comòditates, vigiliis, insomnia,) existimant se Deo dare, pro cuius amore illa donant. Ex
hac cōsideratione dulcescit illis quòd feruiant proximis,
eosq; tolerent, & tanquam mollem ac suauem ceram
illis se praebeant, suamq; amicitiam offerant: à quibus si
quando offendantur, libenter eis ignoscunt, latiq; vul-
tum ostendunt, dulciq; verbā dant: certò sibi per sua adē-
tes, quales ipsi erga proximos se gesserint, talem Deum
erga se experitur: si dulces, dulcem, si misericordes, mi-
sericordem; si insulsos, etiam insulsum: credentes eius
verbo (quod vel ipsa experientia verissimum esse cōstat)
quòd quā mensurā mensi fuerint, eadem eis remeietur.
Luc. 6. 38. Quamobrem ipsas proximorum necessitates,
reputant sibi tanquam diuisas, auris odinas: ex quibus
anima propria plurimum discit, & quotidie illustrā-
tur. Quòd Sacramentum absconditū cum cognouit ē
valde illud admiratus & veneratus sū, inquit P. Alu.

CAPVT OCTAVVM.

Optent plurimis se occupari laboribus.

77. **C**um tanti sint meriti apud Deum labores
u. 21. 98. corporales, & tam multa bona laborantibus
adferant, & celestibus, ad eò, vt dictum est supra,
sint accepti, desiderant Fratres Laici, quā plu-
rimis se onerari laboribus, & eò feliciores se
putent, si plura illis iniungantur à Superioribus
officia laboriosa & fatigatiua, & quidem solis,
sine alio adiutore, nec ob id conquerantur. Si
enim mercatores ex amore lucri temporalis eò
feliciores se putant, si plures in die lucrandi oc-
casiones habeant, quāuis ob id valde defatigari
debeant, multò magis propter lacra spiritualia,
per totam eternitatem duratura, & coronas quā
plurimas, eternū duraturas paritura, debent ala-
criter, quā plurimis laboribus onerari & defa-
tigari. Intellexit benè hāc veritatem Abraham Ab-
bas apud Cassian. Poruimus, inquit, etiam cellulas
Coll. 24. nostras, super Nilis fluminis aluicem collocantes, aquam
cap. 21. habere pro foribus, ne eam à quatuor millibus passum,
nostris cogere deserre ceruicibus, nisi nos ad toleran-
tiam laboris istius indefessos. B. Apostolus reddens, hoc
ingit animare eloquio: Vnusquisq; in quiete, propriam

mercedem accipiet, secundum suum laborem. Hoc be-
nè penetrauerat S. Euphrasia Virgo, quae est ef-
fet ex Regio sanguine orta, & Imperatoribus
sanguine iuncta, tamen cum esset facta Monia-
lis, tanquam vilissima ancilla sola obibat officia
omnium aliarum Monialium, & dum iuberetur
à sua Abbatisa, & vltro non iussa, illa suscipies,
Nam cum Abbatisa eam probare volens & ad obedien-
tia luera maiora prouehere, dixisset ei: Tolle hinc saxa,
& apud furnū depone, fecit hoc illa hilariter, arreptaq;
in humeros, sola quòd iussa erat, ea deportauit, cum in ea
quaedam essent tanti ponderis, vt ius ferendis duae sorores
vix sufficerent: nec interim dixit: adiuuet me aliqua de
sororibus: nec saxorum molem causabatur, nec sua pro-
ferebat longa ieiunia (quatuor enim diebus in hebdo-
mada ieiunabat) nec operis difficultatem, sed cum piā
fiduciā obedientie officium implebat. Altera verò die rur-
sum illi ait Abbatisa: Non par est filia, hic iacere saxa:
reporta ea in locum pristinum. Mox Euphrasia cum
multa alacritate fecit vt iussa erat. Hac ratione ad dies
triginta eam occupauit, vt eius patientiam probaret, se
illa iucundo animo, & psallens in illo opere verfabatur,
ita vt sorores omnes eius obedientiam mirarentur. Non
tamen deerant, quae eā irriterent: porro alta acclama-
bant: viriliter age Euphrasia. Et illa quidem rursus di-
uini operis celebratione peractā, ad opus illud se accin-
gebat sed ait illi Abbatisa: Cessa iā filia, ab hoc mi-
nisterio: porro accipe farina & coque panes in clubano, vt
ad vesperam parati sint. Illa studiosè iussa compleuit.
Præterea tenens manu codicem, ceteris sedentibus, stans
legebat vsq; ad horam tertiam. Tertia verò precibus abso-
lutis, ad sororum ministeria accessit, eis preparans ne-
cessaria, verrens trichinum, lectulos sternens, aquā hau-
riens, & deserens in culinam, legumina coques, ligna se-
cans, farina fermentans, & panes in furno efficiens. Tot
autem modis occupata, neq; diurnis neq; nocturnis ab-
erat precibus, non Tertia, non Sexta, non Nona, nō ves-
perarum, ac nihilominus sola omne ministerium quòd
diximus exequabatur. Et cum diabolus cerneat, tantū
eius laborum tolerantiam & vellet eam citò auferre ē
medio, dum illa die quoddam abisset ad hauriendam
aquam, arripuit eam iniquus ille vnā cum hydra, de-
trusitq; in puteum, ita, vt capite ad fundum vsque per-
tingeret. Sed cum ab accurrentibus sororibus extratta
esset ē puteo, consignauit se & subridens dixit: Vinit
Christus meus: non me vinces sathan, neq; cedam tibi. Et
hactenus quidem vnā hydra, deinceps duabus seram a-
quam in culinam: quòd etiam ita fecit, & plura alia
etiam dum esset infirma & debilis. Hanc Virginē, te-
neret tunc ætatis, imitentur nostri fratres. Nam
quòd aliquis Frater Laicus plus laborauerit, plura
officia laboriosa solus obmerit, maiorē in celo
mercedem recipiet, & quidem tam diu duraturā,
quā diu durabit Deus ipse, qui eius erit mer-
ces magna nimis. Penetrauerat benè hāc verita-
tem celebris ille Cellarius Louaniensis Collegij,
qui dum venirent domestici ad haultū cereuicē
elapsis aliquot post meridiem horis, statuto tē-
pore, cum posset vno labore ē cellario adferre
cantatum cereuicis omnibus feruiturum, tōc
adferre.

adferbat pocula, quot veniebant personæ, singula singulis, & multiplicato labore, descendendi ad cellarium & ascendendi ad triclinium suas multiplicare meritorum coronas, & potam recentem atque frigidum cononas, & sigillatim apponeret, & quidem annos sexaginta natus, nec vllm pro hoc labore admittebat socium & adiutorem. Amabat enim feruenter Deum, cuius gratia solus ita se fatigabat, cum minore incommodo posset fratrum sitim sedare. Talis est amantium consuetudo, inquit S. Chrysostomus: omnia amatorum negotia per se fieri vellent: & nihil sine se illos neque facere, neque dicere. Agnoscebat hanc præstantiam officiorum domesticorum noster Frater Franciscus Cardubensis filius Ducis Cardone & Segorua, Marchionis Comariensis, qui cum fuisset Rector celeberrime in Hispania Academia Salmanticensis, Societatem nostram ingressus, dum Philosophia operam daret, valde delectabatur inseruire cocco, non solum cum esset Nouitius, sed etiam ad studeret: Diebus festis & consueta recreationis, facultatem petebat eundi ad culinam, vt inuaret in verrendo & lauandis rebus culinae, in preparandis cibis: nam ego aitch multum didici in hoc officio, cum essem in seculo, & vellem meam artem hic bene collocare, vt seruis Dei aliquis bonus cibus prepararet. Curam quoque bestiarum & iumentorum libenter suscipiebat, vt pabulum, & reliqua necessaria illis ministraret, dicens se etiam esse artis huius peritum. Peruenit tunc temporis Salmantici, am Pater quidam in equo valde debili ulcerato & lafo quem serè decreuerat tanquam inutilem, liberum ad campos dimittere. Sed ipse cum P. Ministri facultate recepit in se equi curam: cuius vulnera ipsemet abluibat ac diligenter medicabatur. Ita scribit eius familiaris P. Ludouicus de Ponte in vita P. Baltharis Aluarez eius Rectoris, cap. 30. pag. 347. Sic & Ioannes Ximenez sæpè hic laudatus, non contentus suis laboribus assiduus, quos in prædio Collegij subibat, cum ad Collegium redibat diebus festis, offerbat se ad partes cocci in culina obeundas, vt cocum ipsum subleuaret. Et antequam veniret ad Collegium, Deum in itinere orabat, reuens vel portans aliquid ex prædio, vt sibi bene iam fatigato labores graues iniungerentur. & sæpè iniungebantur, quos suscipiebat promptissime ac diligentissime.

CAPVT NONVM.

Procurant etiam aliorum labores subire.

80. EAndem ob causam, sanctâ quadam avaritiâ procurant (non immiscendo se quidem in aliorum officia, quod vetat Regula 32. communis) aliorum etiam officia subire, & loco aliorum, quando possunt, laborare. Imitentur hac in re Abbatem Moysen, de quo sic scribit Palladius: Egre diens, inquit, noctibus, abibat ad cellas Monachorum, qui se exercendo consenserant in laboribus, Lancicy Opusc. Tom. 2.

Et pro se aquam non potuerant amplius importare, & accipiens hydrias, eis nescientibus, illas aquâ implebat. Habent enim in illis locis aquam certâ distantem longitudine: alij quidem ad duos lapides, alij verò ad quinque, alij verò ad dimidium &c. Et Sozomenus idè narrans, postrema verba sic exponit: Res, inquit, erat valde laboriosa, nam locus vnde aquam hauriebat, ab aliis decem stadia, viginti ab aliis, ab aliis amplius triginta absuit.

1. 6. hist. cap. 29. Niceph. l. 11. c. 36.

CAPVT DECIMVM.

Querant novos labores, dum suis satisfecerunt.

Hoc non contenti, si suo labori satisfecerunt, ita vt non habeant quod agant in officio manuali sibi iniuncto, occupent se aliquibus aliis laboribus manualibus in beneficium Domus, in qua habitant, cessuris, tum ne otientur, tum vt bonorum quæ adferunt piè suscepti labores, participes fiant. Hoc inter alios docuit S. Ambrosius l. de Arcâ & Noè c. 23. Quando finis mens aliquod opus, non quasi consummato opere finitur, sed in alia recurrit opera, & semper incrementa virtutis exerceat: quandoquidem videt, quod in fructus suos terra renouetur.

81.

Ideo Deus, vt obseruat S. Chrysostomus Ad damum ante peccatum in Paradiso posuit, vt operaretur, & custodiret illum. Cum homo omnibus delictis patiretur in Paradyso voluptatis, inquit S. Chrysostomus, ne immodiâ prosperitate insoleret (omnem enim malitiam docuit otium) propterea præcepit Deus, vt operaretur illam & custodiret. Quid autem, dicit aliquis, illius curâ indigebat Paradyfus? Non hoc dico, sed voluit, vt paruam quandam sibi, congruâ gereret curâ, partim custodiendo, partim operando. Si enim laboris omnis fuisset expertus, protinus ex multo otio, in ignauiam prolapsus esset, nunc verò in operatione occupatus, qua neq. dolore, neq. molestiâ adferret, moderatior vtiq. ac continentior esse debuit &c. Sicut clemens pater tenero filio omni copiâ fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat, sic & Dominus Adâ operationem & custodiam præcepit vt vnâ cum voluptate, multiq. securitate ac delectatione, hac duo haberet, qua aliquantulum procliuitatem illius morarentur & impedirent. Si ergo Adamo, in statu innocentia constituto, nondum vlllo peccato inquinato, satisfactione laboriosa pro peccatis commissis non indigenti Deus in Paradyso voluptatis labores præscripsit, ne per otium in ignauiam prolaberetur, & ita iustitiam originalem amitteret, quanto magis conueniant labores manuum, hominibus coinquinatis multis peccatis; & quamuis à culpis eorum purgati sunt per Ecclesie Dei Sacramenta, habentibus tamen, vt plurimum, obligationem magnam luendarum penarum, in satisfactionem pro illis, & in recordationem peccatorum

82. h. 14. in Genes. Gen. 2. 15. Eccl. 33. 29.

num. 9. rum commissorum. Hæc enim obligatio per labores aboletur, ut ostensum est supra.

83. Et hanc quoque ob causam S. Bernardus ait labores corporis esse subeundos: *Causam laboris, cogitet in labore, ut ipsa ei poena, quam patitur, culpam, pro qua patitur, repræsentet. Et dum videt vulnerrum ligaturam, (scilicet labores) ipsa sub panis vulnera medietur.* Sicut autem laborum exercitium præferat à peccatis, ita eorum neglectus adducit peccata. Quod S. Chrysostomus h. 2. ad pop. ponderans ait: *Ab initio Deus homini laborem alligavit, non puniens, neque ipsum castigans, sed corrigens. Et dicens: quando illaboriosam vitam debebat Adam, Paradiso excidit; quum laboriosam & erumnosam Paulus agebat vitam in labore & erumna, nocte ac die operans, tunc in Paradysum raptus est, & tertium in calum raptus est, ne igitur laborem respiciamus.*

84. Quocirca S. Paulus Abbas apud Cassianum, quamvis laboribus manuum, nec pro se nec pro aliis opus haberet, illis se impendebat. Nam cum toto anno aliquid texeret, ex palmarum foliis quotidie cum opere totius anni, antrum eius fuisse impletum, id quod sollicita cura laborauerat singulis annis, supposito igne cremabat; in tantum probans sine opere manuum, nec in loco posse Monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere: ut cum hoc fieri nequaquam necessitas victus exigeret (habebat enim ex palmarum fructibus, & horto modico, sufficientem alimentum suæ victus, & sufficientiam) pro solâ purgatione cordis, & cogitationum soliditate ac perseverantia cello, vel accedat ipsius victoria & ex purgatione persiceret.

85. Absit autem otium: seti, ut dicitur in Regul. 44. Summatim, ortum malorum omnium origo, Domi non sine locum non habeat. Hinc S. P. N. Ignatius, cum duos crescentes rei familiaris adiutores, ad ianuam alieno tempore consabulantes è superiore loco aspexisset, illico iussit acervum lapidum in proximo situm, in sum mam adsum contignationem sine cunctatione transferre, eosdem tertio post mense, cum ibidem iterum orientes animaduertisset, illam ipsam lapidum cogeriem, ut in eundem locum referrent, unde asportauerant, imperavit, amice in super admonens: nihil in Dei famulatu periculosus esse desidâ.

Errant qui ideò Religiosum statum & vitam spiritualem amplectuntur, ut vivant in inerti quadam quiete, sed potius tunc magis eis laborandum est pro Deo, & pro Fratrum necessitatibus: Nam, ut ait S. Basilus Reg. fus. 37. *Vita se-tundum pietatem instituta, non ad laboris inertiam aut ad laboris fugam existimari debet, sed materia potius subeundi certaminis & maioris laboris.* Ideò S. Paulus Apostolus, etsi esset occupatissimus in prædicatione Evangelij, de se & suis adiutoribus scribit 2. Theff. 3. *Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes.* Non fuit contentus Apostolus laboribus diurnis, etiam noctes pro quiete destinatas dabat laboribus, ne otio locum daret, & inde orti solitis tentationibus. Nam, ut antiqui PP. apud Cassianura libr. 10. Infit. c. 23. dice-

bant: *Operantem Monachum ab vno demone pulsari; otiosum verò innumeris spiritibus deuastari.* Vide totum lib. 10. Cass. de labore manuum tractantem.

Semper ergo, vel laborandum est, vel si nulla sit laboris materia & occasio, orandum. Ideò antiqui Coadiutores, qui sub Sancto P. N. Ignatio, & B. Francisco Borgia vixerunt, diebus festis perpetuò in templo flexis genibus sine vilo fulero orabant. Idem diebus laborum fabrici mutarij, in hyeme tempore tenebrarum, Rosaria B. V. Mariæ recitabant: Coqui autem, dispensatores, præfecti Refectorij, diebus ieiuniorum & abstinentiæ, templa Verbis, orandi, non garrandi causa, adibant. Ianitores & socij executionum ac similes, expletis suis laboribus, paucimetalia omnia & ambulacra verrebant, ne tempus sine merito transigerent, & otiosè traducerent.

Quocirca cum S. Antonius in Eremitio afficeretur solitudine radiis, & clamasset: *Domine saluari cupio, sed cogitationes meæ me perturbant; mox vidit Angelum habitu monastico modo sedentem & operantem, modò genua ad orationem flectentem, inde rursus ad opus assurgentem, & calathos texentem, à quo huiusmodi documentum accepit. Et tu fac similiter, & saluus eris.* Quo ille oraculo confirmatus, & eidem obsecutus, salutem quam querebat inuenit. Diebus verò festis & aliis, quando reuera non habent quo se laborando occupent in suo officio (vni sunt Pultores, Arcularij) vel in alieno; librum aliquem spiritualem legant, vel audiant, aut potius orant, Rosarium vel preces alias recitando. Nam, ut bene dicebat P. Balthasar Aluarez notæ sanctitatis in nostra Societate vir: *Bonus Religiosus in huius mundi exilio constitutus, toto tempore quo cum Deo suo non versatur, debet esse tanquam ingens saxum, vi quadam extra suum locum detentum, & suo modo gemens, quamdiu ita detinetur & impeditur. Ideò, sicut illud, impedimento sublato, magnâ vi ad suum tendit centrum, ita hic statim atque à tali impedimento se videt expeditum: mox ad suum Creatorem tanquam ad centrum suum pergere debet.* Ad hoc autem non satis, breuib; et si frequentibus orationibus iaculatoriis vacare, supra commendatis num. 8. 11. & 12. Sed opus est longiuscula tempora inuenire pro oratione proluxâ faciendâ, præter horam matutinæ meditationis, vi sua debet sanctus ille & Apostolicus in Hispania Concionator Ioannes Auila, & in morte habuit idem P. Balthasar Aluarez, ut scribitur in eius vitâ c. 2. §. 2. Ioannes vero Ximenez supra laudatus, quamvis toto die grauissimos labores in prædio Collegij subiret, instar mancipij, & ideò longâ quiete ac somno indigeret, tamen tres tantum aut quatuor horas somno dabat, & secundâ aut tertâ post mediam noctem horâ surgebat, & quod reliquum erat noctis, pernoctabat in oratione Dei, in subtili turris domestica; dormiebat autem vestitus, assidentibus Superioribus, nec tamen quicquam in corpore nascebatur sordium, quæ ipsum molestarent, aut in expurgandis

gandis occuparent, sed anima & corporis munditiâ fruatur.

CAPVT VNDECIMVM.

Non fingant morbum vel debilitatem ob declinandos labores.

88. **A**bsit vt aliquis fingat se ægrotare, vel debilem esse, quo hac falsa excusatione labores subterfugiat: Grauiſſimè plectentur ij, inquit S. Basilus, qui quas à Deo datas sibi corporis vires habent, malitiosè celant, & aduersum Antistes petulant impudentiâ se gerunt, & illius insis non obtemperant. Si enim magnam Antistiti atque intolerabile periculum creat, occultum tenuisse talentum doctrinæ, ac non vniuscuiq; ante imminem peccato frameam, indicasse sine dubio maius periculum incurrit is, qui datas sibi à Deo ad Communem reliquorum vtilitatem, vires corporis, otiosas tenet, occultatq;. Nec tantùm in alterâ vitâ tales, vt ait S. Basilus, grauiter plectentur, sed quandoque etiam in hac vita Deus tales iustâ animaduersione castigat. Scribit Zacharias Bouerius in Annalibus PP. Capucinatorum, Quædam Genensis Prouincia fratrem Laicum, in Cella Conuentu, iussu à Superiore Domus, quædam Monasterij negotia in Oppido agere, se ex morbo claudem simulantem, Superioris præceptum eluisse, & ab illius se obedientiâ exemisse. Atqui non fallitur Deus, quam ille causam simulauerat, quâ se ab obedientiâ subtraheret, hanc, penâ illi claudicationis infligi, confirmauit. Eadem enim die cum sartoriam forficem imprudenter gestaret, eâ è manibus delapsâ, recto mucrone in pedem ferit, cui tam profundè insigitur, vt eo percusso Fratrem perpetuò claudum reddiderit. Idem aliud exemplum recenset ibidem de quodam Laico, qui in Conuentu Rosicani, Consentina Prouincia, obcuria parentibus ortus, qui victum sibi quotidiano labore comparabat, cum primùm anno 1600. inter Capucinos locum sortitus est, eam paulatim sibi vite rationem constituit, quæ parum à nobilitate, atque otiosorum hominum statu abest: quotidianum enim laborem, ac domus ministeria fastidians, honorabiliora tantùm officia, qualia aut viros seculares ad Conuentum aduentantes iucundo sermone excipere, aut questuarium munus exercere; aut Concionatoribus comitem se adiungere, atque alia eiusmodi, amplectebatur. Quod si eum domus Superior ad vile ac laboriosum opus vocaret; protinus se imbecilem ac ineptum asserbat, mollioreq; sibi habitu, candidiora cingula, curiosusq; consueta sandalia semper vendicans, nobilem inter pauperes vitam ducere videbatur. Hoc pacto non paucis ab eo annis in Religione transactis, tandem Rosicani in morbum incidit, quo pragruatus cum ad extremam tandem vitæ lineam peruenisset, palam se iusto Dei iudicio ad Tartara condemnatum affirmat: damnationisq; causam reddens, eod quod, inquit, cum in saculo vilis, & rerum omnium egenus essem, in Religione Nobilitatem insiar, mollem & delictatam vitam egi. Hæc suprema illius verba fuerunt, qui Lancij Opusc. Tom. 2.

bus miser, atque inexpiatus vitam conclusit. At verò, ne id vel ex delirio, vel diabolicâ dumtaxat tentatione, ex ore prolapsum esse quis existimaret, secundo, vel tertio post ipsius obitum die, dum Frater Iuniperus ab Albitona Laicus, noctu in cella orat; en illi celle ostium à defuncto pulsatur. Cui Iuniperus, dum Fratrem putat, Deo gratias, de more responderet (quo ingrediendi facultas datur) at nemine ingrediente, cum iterum atque iterum celle ostium concuti audiret, mox Iuniperus ad ostium aduolat, neminemq; ad fores stantem offendens, Dormitorium vsque ad defuncti cellam percurrit, vnde illum abscisso capite, absque caputio erumpentem, ac præeuntem cernit: quem dum is manu apprehendere nititur, ille velut umbra ab Iuniperi oculis euasit, cartareisq; se mergit in vmbis.

CAPVT DVODECIMVM.

Offerant se Superioribus ad quosuis labores.

Quin potius alacriter offerant operam suam Superiori ad quosuis labores promptè suscipiendos. Adiuuandus est Superior, ait B. Laurentius Iustinianus, quatenus superimpositum illi onus libentius ferat. Tunc autem adiuuatur, tunc ipsius participatur labor, tunc letus effectus, pondus non sentit, cum prompto obeditur affectu. Coacta namq; seruitia fastidioso suscipiuntur animo. Quæ verò alacriter, placido vultu, & volenti exhibentur corde, laetificans præcipientem.

91. disc. & perfect. m. 6. con. cap. 7.

S. Antonius Patauinus, antequam esset promotus ad Ordines sacros, obtulit se Superiori suo potius ad obsequia perpetua Laicorum, præsertim culinaria, præferens illa statui Clericali; & non nisi coactus sacros Ordines suscepit, dicens se ineptum pro sacerdotio, & doctrinam exitiam, quâ erat imbutus, diu occultans, & ita latuisset tanquam literarum ignarus & rudis, nisi Spiritu S. impulsus eius Superior eum è culina euocatum, concionari in Refectorio coram PP. Dominicanis hospitibus iussisset. Quâ in concione ex obedientiâ præscripto habitâ, tunc primùm apparuit multiplex eruditio & doctrina pro sacerdotio apta, ab eo tam diu occultata.

CAPVT DECIMVMTER TIVM.

Etiam ingratis libenter seruiant, præsertim infirmis in valetudinario.

Libenter seruiant & necessaria ac consolatoria subministrant, etiam iis, qui non ostendunt se gratos, & æstimare obsequia eorum, præsertim si infirmis seruiant. Imitentur Ioannem Minorem Thebæum, discipulum Abbatis Ammonis, qui duodecim annis seni infirmo fecit obsequium. Senex tamen cum vidisset eum laborantem, nūquam

92. Vit. PP. L. 7. c. 19. num. 2.

quam illi sermonem blandum aut placitum locutus est. Cum autem de hoc mundo transiret, sedentibus aliis senibus, tenuit manus eius, & dixit ei tertio: Salueris, salueris, salueris: & tradidit illum senibus, dicens: Ille non homo, sed Angelus est, qui tot annis mihi infirmanti seruiens, nec bonum sermonem audiens, fecit tantum obsequium cum magnâ patientiâ.

Talem ergo affectum concipiant charissimi nostri Fratres Laici ad seruiendum maximè iis, non qui gratos se exhibent ob sibi præstita obsequia, sed qui conuictis & iracundiæ asperitate loco gratitudinis seruitia sibi exhibita remunerabuntur. Imitentur etiam illam Religiosam feminam, quæ cum impetrasset à S. Anastasio Episcopo Alexandrino viduam pauperem, quam domi suæ foueret ei inseruiens, & videret mansuetam & humiliter grato animo seruitia impensa recipientem, eâ non contenta, petiit aliam ad exercitium quotidianum patientiæ. Quocirca, ut ait Abbas Piammon apud Cassianum, sanctus Episcopus, occultè præcepit ut ea illi quæ esset cunctis nequior traderetur, quæ scilicet vel iracundiâ, vel rixâ, vel violentiâ seu verbositate atque etiam vanitate cunctas, quibus hæc vitia dominarentur, excederet. Quam cum multo facilius inuentam sibi, gratiam domi habere coepisset, atque eadem ei diligentiam, quâ priori illi viduæ, vel etiam studiosius ministraret, hoc solum ab eâ pro tantis obsequiis recipiebat gratias, ut indignè iugiter afficeretur iniuriis, conuictis quoque ab eâ exprobrationibus, continuis vexaretur, obiciente ei, & maledicis obrectationibus increpante, eod quod se non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum & contumeliam ab Episcopo poposcisset, magis, se de requie ad laborem, quam de labore transtulisset ad requiem. Cum ergo astituitas iurgiorum eo usque prorumperet, ut ne ab iniectione quidem manuum prociæ mulier temperaret, illa autem humilioris obsequij ingeminaret officia, non furentem vincere renitendo, sed semetipsam humiliter subiuciendo, discebat, ut multimodis indignitatibus læsata, obiurgantis insaniam humanitatis, mansuetudine delimitet. Quibus ad plenum exercitiis confirmata, perfectamq; virtutem desiderata patientiâ consecuta, ad memoratum Sacerdotem tam pro electionis eius iudicio, quam etiam pro beneficio exercitationis suæ, gratias velatur a perrexit, eod quod secundum desiderium suum, tandem ei magistram patientiæ dignissimam prouidisset, cuius iniuriis iugibus, ut quodam palæstra oleæ quotidie roborata, ad summam animi patientiam perueniret. Tandem, inquit, dedisti mihi quam repaulem. Nam prior illa suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequiis. Et sanè, hoc est signum certissimum, quod aliquis seruiat aliis, purè propter Dei amorem, quando non seruit ob desiderium laudis & gratitudinis, nec à seruiendo desistit, quamuis videat ingratos eos quibus seruit, & tantò maiorem mercedem recipiet à Deo, quò minorem vel nullam gratitudinem viderit in iis quibus seruit. Et cum obsequia quæ impenduntur infirmis, sint valdè molesta, & nauream patientiæ, diligentia, & alacritas, in

seruiendo infirmis, est magni pretij apud Deum & Sanctos eius. Hinc in vitis Patrum, cum quidam iuuenis religiosus senem interrogasset, Oro te Patre, dic ex animi tui sententiâ, quid tibi videtur: Duo Fratres sunt, quorum alter in tugurio suo quietus perdurat, & ieiunium quandoque usque ad sextum diem producit, nec interim consuetos sibi labores quicquam remittit: Alter verò vnius rei satâgit, ut egrotus inseruiat, dic obsecro, cuius viuendi genus videtur Deo acceptius: Cui senex: Non opus hic, inquit, deliberatione multâ: Dico, si frater ille qui sex diebus protrahit ieiunium, suis ipse naribus sese suspendat, illi alteri qui egrotantibus ministras, pro merito, neutiquam equalis esse poterit. Sanè si Christus Dominus in die iudicij in saluandis commendabit: Infirmitatem enim & visitasti me: multò magis remunerabitur eos, qui semper infirmis affluunt, & tantas molestias noctu diuque pro amore eius deorant, & iusta solatia ac obsequia egrotantibus deserunt. Extat huius rei præclara confirmatio in vita S. Dosithei, qui cum quinque annis officio infirmarij diligentissimè persufectus esset, admirabiliter suos in seruiendo infirmis labores, in gloria cælesti compensatos accepit. Cum enim morti esset proximus, magnus illo seculo senex Barfanuphius, ei infirmo dixit: Vade in pace, fili, & te Sanctæ Trinitati presenta, nec non precare pro nobis. Fratres, audito senis dicto contristati atque indignari ceperunt: Quid fecit hie vtriusque verba audire mereretur à senè? Etenim non viderant eum viduam ieiunia peragentem, vel ante consuetas vigilas surgentem ac vigilantem, sed neque ad ipsas vigilas nisi post duos hymnos surgebat. Non viderant ipsum aliquod spirituale exercitium, seu mentalem exercitiationem facientem, sed viderant eum dumtaxat, parum insulis capientem, quod reliquum fecerant egrotis (quibus ministrabat sanus dum esset) & si quæ piculorum capita, ipsi quoque reliquerant egroti, aut aliquid eiusmodi comedentem, dicebant carpentis, quasi delicatis cibis, non sine tamen Superioris licentiâ vesci solitus esset. Ita (inquit author vitæ eius) conturbabantur, ignorantes exercitiationem & profundam atque indiscussam in omnibus rebus obedientiam illius, (cum magnâ charitate erga infirmos, quibus diligentissimè inseruiebat, coniunctam.) Quandoquidem nunquam vel semel propriam voluntatem expleuit. Et allatis variis exemplis mortificationis ei impostæ & confusionis à S. Dorotheo eius magistro, concludit sic: Ceterum, cum pro tam mirâ ac sanctâ obedientiâ & charitate erga infirmos, & simplicitate, respectu illi gloriam, palam facere vellet Deus, non multis post obitum B. Dosithei diebus, quidam hospes sanctus ac magnus senex, videre cupiebat Sanctos, qui in eo cenobio vitâ sancti erant. Rogauit itaque Deum, ut id quod petierat, manifestare illi dignaretur, & vidit velut in choro illos astantes omnes, inter quos omnes, etiam vidit & iuuenem quendam astantem, & ait: Quis nam erat obsecro, iuuenis ille, quæ inter ceteros Patres Sanctos astantem vidit? Cumq; forme illius signa, & chara-
ctere

Fr. spir.
c. 206.

Coll. 18.
cap. 14.

95. Hæret accuratè descripsisset, agnouerunt omnes, Dofibem fuisse. Et Deum glorificauerunt, admirantes de qua vite conuersione, de quo vite statu & ratione

96. riuendi, erat enim cuiusdam Tribuni seu Prefecti militum, (scilicet, ut utar nostrâ phrasi, Colonelli) filius, hic Dofibem, delicatus valde, & in multis deliciis enutritus, vultu incundissimus, ad quanta premia, quatenus mensuram, iam breui tempore, pro solâ duntaxat obedientia indiscussa obseruatione, & abnegatione propria voluntatis peruenire promeruerit. Hinc charissimi Fratres Laici amittuntur ad humilia officia, & nauicam etiam parientia (vbi fuit seruitia infirmis impensa) subetunda alacriter, diligenter & perseveranter, quando à S. Obedientia eis imponantur, pari enim gloriâ in cælis coronabuntur. Et vt recentiora adferam exempla, quanti sit meriti, humilia obire officia, præsertim in impendendis seruitiis circa curam infirmorum. Scribit Zacharias Bouerius anno 1538. in primo tomo Annalium PP. Capucinatorum, Fratri Angelo à Castro Sacerdoti & eius socio, cum commiseratione ducti, tempore pestilentie, Venetiâ mortis metu posthabito, nulla charitatis officia pratermissent, quibus egrotos ac riuentes iuuarent, aut morientes omni studio prosequerentur, per menses aliquot, cessante pestilentia, utriusque seorsim attentius orant, Saluatorem Dominum, fulgentissimâ luce perfusum, apparuisse, eosq; ob charitatis obsequia egrotantibus illata commendasse, & quindécimo post die, se laborum illa mercedem datum pollicitum esse, atque ita præscriptâ die ad præmissa vtrumque premia, euocatum esse. Idem grauissimus & accuratissimus Scriptor refert, in secundo tomo Annalium PP. Capucinatorum Ioannem à Frenetap, Sacerdotem vite sanctitate & miraculis clarum, post obitum, ex conducto apparuisse Fratri Thomæ Aleitino Concionatoçi, & interrogatum à Thoma de salute, sic respondisse: Optimè inquit, nunc tecum de salute agitur. Verim scio Thoma, me Dei in iudicio, maximum in salutis discrimen, propter Conuentuum edificia adductum fuisse, in quibus tamen omne me studium contulisse putarem, vt pauperum adificatio responderet, peraq; tamen, tum in abundantiori cellarum ac officinarum copia, tum in structura qualitate ac simplicitate, vitia que ne quidem vitia putabam, me ammente irrepere, que à Deo seuerius iudicata sunt: ac nisi maxima mea erga infirmos charitas, mihi in Dei iudicio suffragata fuisset, de meâ profectò salute actum erat. At misericors Deus, sue benignitatis haud immemor, meâ illâ charitate commotus, merita quidem, inferni supplicia condonauit, verum ad octauum vsque diem, purgatoris penis affici voluit, quibus hodie absolutus in celum concedo. Quanta autem illius erga infirmos charitas fuerit, sic idem Historicus narrat: Infirmorum charitas, tam perfectè illius animum accendebat, vt cum in egrotorum curâ totus animo liqueferi, nullosq; prorsus labores, ac molestias resurgere, demum in eâ studium omne ac sollicitudinem contulisse videretur. Pro hac siquidem charitate, & necessaria sibi cibaria subtrahere, & somnum ab oculis

subripere, molestiq; omnia perferre, quasi minimum ducebat, & pro infirmis per quam liberrimè sanguinem, ac vitam profudisset. Alterum exemplum hæc ad rem faciens, idem recenset huiusmodi: Dum aliquando Fr. Paulus à Calauello Laicus, in Ecclesiâ oraret, Virgo Deipara, seruum suū celesti præsentia ac verbis consolabatur: quo tempore is egrotum Fratrem, cuius à Guardiano illi cura commissa fuerat, clamantem audiens, statim, Virgine relicta, ad ipsum festinat: cui ubi debita obsequia exoluit, ad Ecclesiam rediens, Sacram Deiparam etiamnum expectantem reperit: cui Paulus: Beatissima Virginum (inquit) queso, ne indigno famulo tuo succenseas, quòd te pratermissa, ad infirmū accesserim. Cui illa: Ne te, fili, facti pœniteat: rem mihi tantopere gratam fecisti, vt gratiorem nunquam baritatis enim & obedientia opus, quo egrotum Fratrem prosecutus es, in maximum meum ac Filij mei honorem redymat. Idcirco perge viriliter, cœptis infiste, & celesti coronâ te dignum presta: non enim deest qui operi tuo mercedem reddat. His cum in chrya calorum Regina seruum suum dicta solata esset, velox in celum rediit. Simile exemplum recenset Bzouius de Fratre Accursio Ordinis Minorum, qui cum Virginis Deiparæ præsentia stueretur lætus, & tunc infirmus opem suam imploraret, statim ad infirmum se contulit: quòd à deo gratum fuit Virgini, vt iterum illum inuideret, & cum suâ præsentia recrearet, qui decumbenti infirmo opem tulerat. Tertium exemplum idem Bouerius ibidem refert de Benedicto à Colleamato Laico mira charitatis in obsequiis infirmorum, & sanorum, quos omnes tanquam paterno in sinu gerebat. Cum enim coquina ministerio vacaret, octo columbi à benefactore quodam missi sunt, sed cum Frater in illo Monasterio nouem essent, pro nono, columbus defuit. Itaque ille pro aliis octo columbos paraturus: Alij, inquit, suo columbo vescantur, tu Benedicte, à columbo abstineo. Vix id in animo plenè deliberauerat, cum repente columbus ex alto volans in parietem, cui vir Dei columbos deplumans adharebat, tam fortiter allisus est, vt extinctus ad illius pedes ceciderit. Stupet ille. Eo verd factò, non obscure Dei benignitas, ac liberalitas eximiam serui sui charitatem erga infirmos & sanos, è celo commendare, ac Diuino testimonio comprobare voluit.

100. Quartum exemplum apud eundem est, in vita Vincentij à Saludecto Sacerdotis, qui cum ardenti porissimum in egrotos sua cura commissos, charitate flagraret, ea Diuinis oculis ita grata fuit, vt postmodum oranti Virgo Deipara, & S. Franciscus apparuerint, piumq; charitatis opus ab eo egrotis exhibitum commendantes, celesti cohortatione in eo illius magis animum confirmauerint.

101. Quintum exemplum ibidem recensetur, de quodam Dei seruo, qui magnâ erga infirmos charitate ferebatur. Quapropter cum à sipe mendicandâ vespere ad Conuentum rediret, licet ex labore fessus, mox ad egrotos accedens, necessaria illis ministeria persolvere consueuerat. Quò factum est, vt in Anconitano Conuentu post exhibitâ egrotantibus officia, ante Sacra

98. pag. 77. num. 87.

10. 13. Ann. A. 1258. no. 14.

99. pag. 138. no. 152.

100. pag. 48. no. 68.

101. pag. 799. no. 15.

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

Eucharistia altare orans, in mentis excessu illi aurea quaedam scala, aureis gradibus distincta demonstrata fuit, quae cum à terris ad caelos pertingeret, qui per eam ascendebant, Angelos sibi obuios habebant, à quibus ad caeli gaudia ducebantur. Hanc verò fraterne charitatis scalam esse intellexit, quae tamen altero extremo terris inhaereat, vixit in terreno, atque egrotorum ministerio fundata, per eam tamen ascendentes, ad calum ducit.

1. r. tit. de
char. §. 25.

Sextum exemplum est his antiquius relatum in Vitis Parrum, de quodam Ministro fennis ulcerosi, cuius cum vulnus, saniem fatidam effundens, lauisset, & aquam illam, quae illud abluerat, ad potum suum reseruasset (admirando, non tamen imitando sine Superiorum approbatione, exemplo) nec à sene, etiam rogatus, vellet discedere, eiusque fatorem toleraret, Deus hanc ministri charitatem, & sui victoriam commendatam esse volens, fatidam illam aquam & purulentam in purissimam conuertit, senemque illum inuisibili medicina sanauit.

102.
Pag. 849.
num. 25.

E contrario verò malè impensa obsequia ægrotis, seu è Deo punita sunt. Extat tomo Primo Annalium eorundem, exemplum de quodam Fratre Augustino à Maraldo Sacerdote, qui ègre infirmis officia prestabat, & cum obiisset, Fratri Paulo Ferrarienti Sacerdoti post mortem apparens, significauit, se id à Deo iusti supplicij tulisse, ut per mensam in Fratrum sepulchro inclusus, supremum illum putridorum corporum fetorem sustineret, eamque ob id à Deo illi penam inflictam fuisse, quod viuentium infirmorum scaphia ac matulas mundare exhorruisset.

103.
pag. ead.
num. 16.

Sed illud est horribilius, quod in Perusino Conuentu contigit, in quo quidam Nosocomij praefectus, contempta charitatis lege, si qui interdum Superiores aut Guardiani, aut Definitores, aut amici ægrotarent, & ad Nosocomium accederent, iis omni cura diu nocturnè inuigilabat, ne quid eorum ministerio aut curationi deesset, ceteros verò gregarios Fratres ægrotantes, ex quibus nihil commodi aut honoris expectare poterat, tam iniquè charitatis lege excipiebat, ut nec necessaria illis administraret: quod fiebat, ut vndiq; ab ægrotis in eum querimonia erumperent, quibus tamen ed minus Superiores credebant, quod illum in sui ipsorum obsequiis diligentiores videntes, eo planè modo, & aliorum cura insistere existimabant. Cum verò diuinum tempus aduenit, quo exurgeret in Iudicium Deus, ægrotauit & ipse Nosocomij praefectus, ac morbo ingrauescente, iam ad extremum vita fermè accedebat, cum Guardianus Praefectum hortatur, ut peccata sanctissimè confessione eluat, spe ille confessionis Guardianum alebat, inducta quoque quotidie quaerens, confessionem procrastinabat. At cum Guardianus certo vite periculo exposito, illum ad penitentiae Sacramentum compelleret, tandem respondet Praefectus: Quid me, Pater, ad peccatorum confessionem prouocasz quae nihil mihi prodesse valeat: iam penitendi tempus est elapsum, sera nimis penitentia est, iam est de me à salute actum. Hec primùm Guardianus mentis delirio adscripsit; at cum ex animo verba illum proferre animaduertens, Praefectum multis verbis hortatur, ut in Diuina clementiam spem animum erigat, nullumq; tam graue animi malum esse persuadet, quod penitentia non curetur. Hic Praefectus: Noli, inquit, incassum eniti, iam Dei iudicio condemnatus sum, eò quod erga ægrotos, aequa charitatis officia non praestiterim. Cum enim Maioribus aut Superioribus omni diligentia ac studio, eo tantummodo consilio inseruirem, ut ab iis propria commoda ac fauores quærerem, cum in minores tam seuus & crudeliter fui, ut iis ne quidem necessaria ministrarem, quapropter in Tartara mergor. His dictis crudelem efflauit animam, tantusq; proterus ex eo fœtor effluuii cepit, ut plane cunctis intolerabilis esset, vixq; post octauum diem ab eo Conuentus liberari potuerit.

Sane apud veteres Religiosos mirà charitate subueniebatur infirmis. Hinc S. Hieronymus in suæ ætatis Monachis hoc commendat: Si quis ceperit ægrotare, transferatur ad exedram latiore, & tanto senum (nota Lector, etiam senes olim ad talia se demisisse obsequia) ministerio resouetur, ut nec delicias vrbium, nec Matris quærat affectum. Ostendit hoc etiam argumento Deus, quam sint ei accepta obsequia, diligenter & cum magnà charitate infirmis exhibita: quia ut scribit S. Dorotheus, Fratrem quendam ei notum à turpissimo quodam lasciuia, & extrema concupiscentia spiritu acriter oppugnatum liberauit, quia cuidam Fratri dyssenteria morbo laboranti diligentissimè atque humanissimè seruebat. Et addit: Euagrius de magno quodam sene dixisse, quod quidam ex Fratribus cum vehementer noctu phantasmatibus quibusdam & spectris terriraretur, indicio illi ieiunio, & ut cuidam ægrotato Fratri ministraret, statim ab huiusmodi eum phantasmatibus & spectris mirabiliter liberasse.

Porro inter charitatis eximia argumenta, & summè Deo ac calitibus grata, sunt non tantum alimenta & fomenta necessaria suppeditata ægrotantibus, praesertim à Medicis & Superioribus praescripta, sed etiam pia solatia, quæ honestè concedi, & adferri queant, & non sint morbum vel dolores auctura. Ideo Deus ipse quandoque cum humanitas ea adhiberi non possent, per se ipsum, & suos Angelos, ea subministrare infirmis dignatus est, non ad necessitatem, sed ad meram recreationem, vel refrigerationem, vel solatium. Sic quibusdam sanctis pisciculos, & auiculas dum ægrotarent, submisit eo tempore, & in illis locis, in quibus tunc reperiri nullo modo, & pretio comparari poterant, quia naturali earum desiderio, miselli exhausti, tenebantur. Ut S. Thomæ Aquinatis, cui ægrotanti haleces extra tempus suppeditauit. S. cap. 46. Franciscus cum Fratri Bernardo (qui eius infirmam curam gerebat) dixisset, ob aliorum ciborum minime nauisam, nihil tam appetitum reuocaturum, quam si uestrem aliquam auiculam; Repente praesentibus adfuit Angelus Dei in formà nobilis equitis, qui ad infirmum lectum accedens, volucrumq; optime preparatam apponens, dixit: Accipe serue Dei, quod tibi mittit Deus, statimq; disparuit.

Idem

Idem aliā vice alibi cūm agrotans, & cibos fastidians, dixisset, solum se sensisse appetitum squali piscis manducandi statim nuncius ministri Reatini Fr. Gerardi attulit tres huius speciei pisces magnos, & passillum pulpamenti gummatorem speciebus aromaticis conditi, quæ, aspera tunc hyeme, videbantur non aded inuentu facilis. Sic Deus prouidit infirmæ Catharinæ Ricciæ Dominicanæ, cūm pro cibo illius nullus omnino piscis inueniri posset. Cūm enim Coqua Monasterij aquam è puteo hausisset, piscem siculæ inhaerentem vnâ cum aquâ extractas. Sic noster P. Didacus de Zanicâ in Peruciana Prouinciâ mortuus, cūm in dōmo externi cuiusdam, ad quem ex itinere comes Prouincialis diuertere coactus esset, graui morbo correptus, iam deficiente naturâ stomachi languore cibum agere toleraret, rogatus, quid ipsius stomacho blandiretur, respondit: uideri sibi cuniculi carnes iucundas fore. Cuniculos neque in illâ Vrbe, neque omnino in eius finibus hospes ne venales quidem, neque importatos vnquam uiderat: studio tamen languenti Patri obsequendi magis, quàm spe vllâ domo prodeuntis præstō fuit puer, cuniculum manu tenens, qui etiam vltro hominem de illo emendo compellauit. Admiratus hospes Diuinam prouidentiam, lætus quanti puer uoluit, coemptum, gratum munusculum tulit agrotanti: paucis post diebus de ipsius stomachi languore sollicito, gratos sibi fore dixit certi generis pisciculos: tunc ipsum intra suas ades habuit officiosus hospes, qui id genus pisciculos venales tulerit; ut planè uideatur Dei optimi Maximi bonitas agroti cupiditatem anteuertisse: nam ij quoque pisciculi ex iis rebus sunt, quæ in iu oris rara sunt inuentu. Obiit Guamanga anno 1593, extremo Aprilis mense. Sic, ut scribit idem Bouerius tomo p̄tmo Annal. eam in Conuentu Penitentia, quæ Lucanæ vrbe est, Nouitius quidam deuotus agrotans, maximâ cibi inappetentiâ laboraret, ab Elemosynario interrogatus, num cibi alacritas cupiditas animum eius pulsaret, respondit ille, lætis si copia esset, se aliquo appetitu teneri. Hyems erat, cūm vniuersa altâ niuē operta, difficilem ad rura, quæ longè à Conuentu aberant, viam præstabant. Quapropter cūm Quasuarium lacte eo tempore frui, difficillimum planè existimaret, secumq; animo quid ageret, volutaret, en ianuam timidulum pulsatur, vas tantummodo lacte plenum, prope ianuam humi positum offendit. Cumq; ianuam egressus, quis lac attulisset, diligentius circumspiceret, nec vilius quidam vestigia in niuē impressa esse animaduertit. Quamobrem celeste hic ministerium, ac suauem Dei prouidentiam, cui nihil est difficile, agnoscens, lac Nouitio propinas, qui eo hausto, haud secus quàm si celesti pharmaco curatus fuisset, protinus conualuit. Subdit deinde auctor venerandus hæc verba: Ut hinc, inquit, discant, quantâ cum suis, ac præsertim agrotis, Deus benignitate agat, cunctis perspicuum sit, discantq; omnes atque ij præsertim, quibus agrotorum cura commissa est, quâ charitate ac diligentia infirmis ministrandum sit, cum his Deus è celo cibos prouideat, Angelosq; ad eorum ministerium mittat, neque enim alio-

rius quàm Angeli ministerio, vas illud lactis agroti allatum fuisse, vili dubium esse potest. Non desunt & in Societate talia exempla, tam, ut omitam alia, scribit Sacchinus in 2. p. hist. Societ. l. 1. nu. 94. 95. paternam Oliuerij Manaræi, tunc Collegij Lauretani Rectoris, charitatem, solliciti de agrorum non tantum curatione, sed iusto solatio, & refrigerio, misisse passillum fatinæ & saccari, & aliquot oua, ad honestam fæminam, ut in solamen agrotantium, aliquid placentularum conficeret. Dum igitur fæmina illa cum filiâ & nepte laborarent, massam dum tractant, intra manus augeri, & se mirâ succendi, pietate, ac dulcedine impleri senserunt. Inde numerum ingentem bellariorum consciunt, & postremo, dum maltram euerrunt, collectura si quid farina resederit propè discum, in quo fuerat allata, denuò complent. Hanc & confectum opus in Collegium remittunt, nimirum magnum canistrum placentulis plenum, ac de farina nihil planè detractum: volente Domino famulos suos hoc miraculo consolari: quæ eo loco, copiosius describit Sacchinus.

CAPVT DECIMUMQUARTVM.

Non agrè ferant, si aliis, præsertim debilibus, leuioribus imponantur labores.

Non agrè ferant, si aliis præsertim debilibus, non imponantur tam graues & difficiles labores, ut ipsi. Nam, ut ait S. Basilius, Neque molestè ferre, neque indignari Fratres debent, quandoquocumq; iis qui imbecilliores sint, Antistes accommodata illorum viribus ministeria assignet, & indulgentius cum his agendum censeat, ita videlicet vsu postulant. Quinimo qui valentiores sunt, ij imbecillioribus indulgere, & hoc modo spiritualem complere charitatem debent. Siquidem animaduertimus in corpore, neque à manu discedere pedem, neque manum pedem ipsam ad transigendas partes suas conari traducere, neque vniuersam item manum, digito minimo suum onus imponere. Sed de membris vnumquodque delatam sibi sortitò à naturâ vim exercere, & quæ imbecilliora sunt, sustentare. Hæc disciplina, si in spirituali Conuentu seruetur, nimirum illud declarabit, nos vere Christi corpus esse, & membra ex parte, nempe, qui aptam inter nos coniunctionem, & vacuam omni dissidio concordiam continentier seruemus. Cum autem, ut ait Apostolus, Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; debemus non inuidere aliis leuioribus labores, sed, ut benè dixit S. Basilius, aliis, tanquam minimo digito, non desiderate gratiores, quàm possit ferre Superiorum iudicio labores. Et ita inter Regulas S. Pachomio diuinitus per Angelum allatas præscribitur: Fortibus sortia mandari opera, imbecilla autem & leuia, iis qui se magis exercent, (in spiritualibus) & sunt imbecilliores.

105.
Coast.
mō.c. 39.
Ro. 12. 5.
cap. 1.
hist. Lausi.
cap. 38.



CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Non pudeat eos officiorum vilium iudicio mundi, præsertim si in saculo is se occupabant.

106.

Non pudeat illos officiorum humilium, præsertim opificiorum vilium iudicio mundi, sicut non pudebat eos in seculari statu illorum. Domus enim Religiosæ, sunt scholæ humilitatis; idè si in domiciliis mundi, pleni fastu & superbiâ, non erubescant talia, nec hic erubescant, sibi que dictum putent, id quod scripsit Theodoro Scholastico S. Isidorus Pelusiotæ: Tu quidem opus omne, quod manibus elaboratur, turpe ac probrosum esse existimas, cum alioqui vile sit, atque ad tuendam vitam conducatur. At Mytilenæus Pittacus, quamuis Rex esset, pistinum tamen manibus suis extruebat, simulq; & actiuos se exercebat, & cibum operabatur. Si Rex Ethnicus vili se opere sanitatis seruandæ causa occupabat, quantum magis decet seruos Dei, pro Deo sine pudore ea obire officia, ad quæ promptè & benè obeunda Dei se manciparunt feruitio, & huius rei gratiâ, mundi omnem fastum & gloriam reptudiarunt, & mente & corpore, & habitatione? Quanquam nulla in Religione officia sunt vilia, vti dicebat P. Balthasar Alvarez. Vnde in libello suo scriptum reliquit, quod quilibet ad ministeria Religionis manualia receptus verè sibi attribuere potest: In hoc ego meam felicitatem pono, quod Deus velit operâ meâ vti in vilissimis totius Religionis officiis. Nam quando hoc ego sum promeritus, vt ipse velit obsequio meo vti, & me in rebus obsequij sui occupare, etiam in consiciendis lateribus tanti ego hoc facio, vt nullum sit ad eò abiectum officium, cui si me velit ille addicere, non prius ego quocumque meo solatio, vt illud præstem. Qui alicuius obsequium habere vult, etiam vult se ipsi obligari. Que igitur tanta celsitudo animabus nostris offerri potest, quæ ita nos impleat ac satiet, atque quod audiamus, Deum velle & requirere nostrum obsequium, vt se ipsum nobis obstringat & obliget? Et alio in loco scripsit: Quam excellentiam habet concionandi munus, si Deus illud non vult, aut quam vilitatem habet ollas, aut scutellas lauare, si idem Dominus id à nobis vult: quam præstantiam habet, quod quis in aliquo angulo se contineat, si Deo id non placet: aut quæ vilitas est inde exire, si hoc ipsum illi placet? Ne nos, inquit S. Chrysostomus Magister S. Isidori Pelusiotæ, pudeat artium, neque opificum probum esse ducamus; sed otium, & nulli occupationi vacare. Si enim probum esset operari, non exercuisset artem eiusmodi Paulus, neque eâ de causâ magis gloriatus esset, ita dicens: Si enim Euangelizauero, non est mihi gloria. Quæ est ergo merces meâ: vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium Christi. Quid si probum esset ars, nequaquam eos qui non operarentur, etiam man-

ducere veluisset. Solum enim peccatum est probum: at illud ex otio nasci solet, nec vnum tantum aut duo, vel tria tantum, sed omnis simul improbitas &c. Quam ob causam & Paulus operabatur perpetud, non mercedis tantum, sed etiam ipsa nocte, qui & ipse clamans restatur: Nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, Neque verò temerè, delectationis aut recreant. Theod. di animi causâ, opus tractabat, sicut multi Fratres, sed 1. 2. tanto se labore exercebat, vt & ceteris subsidio esse posset. Ad ea enim quæ mihi opus erant, & is qui mecum 14. fuerat, ministrauerunt manus ista. Homo qui demonibus imperabat, qui doctor erat orbis terrarum, cui omnium qui terram incolunt fuerat cura commissa, qui cunctas sub sole positas Ecclesias & populos & nationes & Vrbes summa sollicitudine curabat, nocte & die operabatur, ac ne tantillum quidem ab illis operibus respirabat &c. Quâ verò digni excusatione, vel quâ tandem veniam censebimur? Inde cuncta in genus humanum mala dimanarunt, quod in eo maximum decus esse arbitrentur, vt suas artes minime tractent, & summo sibi crimini ducant, si earum peritiam præferant. At Paulum quidem non pudet simul & scalprium (σκήρυξ) manu tractare & pelles consuere, & viros alloqui in dignitate constitutos: sed & re illâ gloriabatur, cum ad eum viri elari & illustres ventitarent. Neque tantum hoc illum agere non pudebat, sed etiam in epistolis suis, tanquam in aereo cippo quam profiteretur artem divulgabat. Quod igitur ab initio didicerat, illud & postea tractabat, idq; postquam fuerat certium raptus in caeli, postquam translatus fuerat in Paradisum, postquam Deus illi arcana verba communi- cauerat: nos verò qui ne calcamentorum quidem eius pretio aestimandi sumus, nobis ea probro ducimus, quibus se ille iactabat. Quem pudet, oportet peccati pudet, ac Deum offendisse, atque aliquid eorum quæ agenda non sunt agere, sed artibus & opificiis gloriari.

Quocirca quod S. Augustinus scribit, contra 1. 17. de nobiles viros & matronas seculares erubescere, temp. res lauare pedes peregrinorum, hoc multo magis conuenit Religiosis erubescere in sua officia, quæ in seculari statu exercuerunt, & alia officia, in Religione vulgi iudicio æstimata tanquam vilia. Erubescunt nobiles & potentes sancti & peregrinis abluere pedes (quos Christus abluit suis Discipulis: hac enim occasione hoc dixit) in hoc seculo: sed si se non correxerint plus habent erubescere & dolere, cum ab illorum consortio separati fuerint in futuro. Tunc sine vlllo penitentia remedio affligentur, cum illos quos despexerant, propter humilitatem viderint accipere regnum, se propter superbiam meruisse supplicium &c. Inclinemus ergo nos ad Sanctorum & peregrinorum vestigia, quia cum hoc sanctâ humilitate complemus, illorum quidem pedes manibus nostris tangimus, sed animarum nostrarum sordes & maculas per fidem & humilitatem abluimus, & non solum minuta, sed etiam capitalia peccata purgamus. Non quidem quod per talia officia humilia dimittantur quoad culpam peccata mortalia, si sint in eis, qui ea obeunt, sed quia disponunt, vti etiam alia opera bona, ad conuersionem peccatorum &

1. 1. ep.
470.Vit. c. 5.
p. 62.h. in Salu-
tare Prisc.1. Cor. 9.
16. 17. 18.

& iustificationem eorum. In iustis vero, pœnas peccatis mortalibus eorum, antea dimissis in confessione, debitas abolent, ne eas in hac vitâ vel in alterâ patiantur, vel totaliter, vel ex parte. Quod confirmat dictum S. Bernardi supra allatum, dum vidit quendam Religiosum in melle laborantem strenuè num. 9.

Excelluit hac in parte noster Frater Ioannes Ximenez, qui præter labores perpetuos in prædio, dum ad Collegium veniret, & vltro à Superioribus iniunctos, & sponte susceptos, obibat promptissimè & diligentissimè, nominatim si simum ex stabulo auferre, aut communia loca purgare, aut huiusmodi vilia (mundi iudicio) officia præstare iuberetur: ad quæ, vt se magis mortificaret, potius quàm ad alia propendebat. Cum die quodam rudera ex Collegio eueheret ad ripam fluminis, (quod in aliis Provinciis rustici faciunt) occurrit ei fore sibi aliquo modo graue, si absque veste, in solo thorace id faceret: quoniam non licebat ei extra. Dum exire sine tali veste, hoc inuit consilium, vt coram P. Rectore sine tali veste transiret, cumq; P. Rector non iussisset vestem induere, existimauit illam facultatem sibi sufficere: & ita totâ die rudera euexit tantum in thorace. In his & similibus occasionibus, in quibus existimabat se posse mortificare, absque lesione obedientiæ, ita studiosè id faciebat, vt nullam præmitteret.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Commoda loca, & cubicula non querant.

107. Non ægè ferant nec conquérantur si eis fuerint assignata incommoda Domicilia & cubicula (in quibus dormiant, vel in quibus suos labores manuales exercent) tenebricosa & squalida: quia nusquam habebunt tam sortidum & incommodum locum, vti habuit Christus Dominus tenellus natus in stabulo, collocatus in præsepio, exclusus ex diuerforio, idq; nostri causa. Cum quidam senior (vt scribitur in Vitæ Patrum) in Eremitio interiori, per multos annos in abstinentiâ, & in omni studio spiritali nimis laborans, interrogatus, quomodo toleras istum tam aridum & squalidum locum? Pater: quibus ille respondens ait: Omnis labor totius temporis quo hic dego, nondum vnus hore tormentorum æternorum gebenne spatium habet. Oportet, inquit, nos in paruo tempore vitæ istius, sustinere laborem, & macerare passiones corporis nostri, vt inueniamus in illo futuro ac æterno seculo, quòd nunquam deficit, perpetuam repausationem. Sic Abbas Abraham apud Cassianum tale hac de re documentum reliquit: Non ignoramus esse nonnulla in regionibus nostris amana secreta, in quibus pomorum copia, & hortorum gratia vel vbertas, necessitatem victus nostri minimo labore corporis expedirent, nisi impingendam nobis illam exprobrationem, quæ ad illam in Euangelio directâ est diuitem, videremur: Quia recepisti consolationem tuam in vitâ tuâ. Sed despectis

illis omnibus, & cum vniuersa huius mundi voluptate contemptis, his tantum squaloribus delectamur, vniuersiq; delicias horrendam solitudinis istius præferimus vastitatem, non temporalia huius corporis lucra, sed æterna spiritus emolumenta sectantes. Parum enim est, renunciaisse Monachum semel, id est, in primordio conuersionis suæ (quasi dicat, in Nouiciatu, in quo ob incommoda cubicula non solent conquiri) contempsisse præsentia, nisi eis quotidie renunciare persisterit. Vsq; in finem namq; huius vitæ illud nobis dicendum est cum Propheta: Et diem hominis non desiderauit, tu sis. Vnde & Dominus in Euangelio, si quis vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Quotidianam ergo crucem tuam, cogita esse, Domicilium & cubicula incommoda, & per hoc spera, te peruenturum ad Christum, in cælesti palatio triumphantem, & te ibi expectantem, & te liberaturum per præsentia incommoda, ab incommodis alterius vitæ. Cum Frater quidam à sene Achille rogauit, cur sedens in cellâ pateretur acediam? cui senex ait: Quia nec dum vidisti requiem, quam speramus, nec tormenta quæ memimus. Si enim ea diligenter inspiceres, etiamsi veribus plena esset cella tua vsque ad collum, tu tamen in ipsa iaceres sine acediâ. Status ergo vitæ futuræ dulces nobis reddere debet amaritudines omnes, & laborum & domiciliorum, & cubiculorum. Nam, vt ait Tertullianus, Virtus duritiâ exstruitur, molitiâ destruitur. Proinde benè monuit B. Petrus Damiani Opul. 12. c. 32. Reprimatur quilibet frater, nunc in angusto suæ remotioris ergastulo, vt infinite magnitudinis domus sibi pareatur in cælo.

Jer. 17. Luc. 9.

Vic. PP. dist. 1. 5. 103.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

Custodiant diligenter res domesticas ne pereant, vel non rectè dispensentur.

Mvnia sibi commissa obeant diligentissimè, & res concreditas suæ custodiæ conseruent & custodiant, immò quantum possunt augeant. Hoc enim etiam famuli & æconomi Principum in more habent, quos non tantum æquare sed superare fas est, quippe seruos Regis Regum, & Domini dominantium, quia maiori obligatione tenentur ei diligenter & fideliter seruiendi, & maiora præmia certissimaque habent reposita, quàm illi. Si quis præsecutus est procuranda regia pecunie, inquit S. Basilus, esto de rebus suis, quæ parta iam sunt, nihil interuerterit omnino, ad seq; transferat, is tamen si quæ præterea acquiri poterant, negligentia suâ non acquisierit, sed passus sit deperire, nihilominus tamen vtiq; in crimine est. Quàm graue tandem censere debemus iudicium illis imminere, qui in rebus Dei nomini iam consecratis vindicandis, lentè & negligentè se gesserint: An non in eadem cum illis iudicij causa futuros, de quibus scriptum est: Maledictus homo qui facit opera Domini negligentè

108.

Reg. 7. tula.

Ier. 48.
Maff. 1.3.
cap. 6.

gligenter? Hinc cum S.P.N. Ignatius quendam
Co. diutorem in tradito sibi munere valde remis-
sum aque ofcitantem inuenisset, quasuit ex eo cuius
in tali ministerio daret operam, Deone an hominibus:
cum ille se Deo vti que deseruire dixisset; Pleteris igitur
inquit Ignatius: nam in rebus humanis minus ac-
curate versanti, aure forsitan ignouerit quispiam, at im-
mortalis Deo ministrari negligenter, id verò nullo pacto
ferendum est. Imitentur diligentiam nostri Fran-
cisci Godoj cum P. Ignatio Azèbedio affecti
martyrio, qui cum Nouitius esset & in culinà
versaretur, ita sartagine, tripodes, ollasq; ferreas ter-
gebat ac desiccabat vt mundissimas & splendentes re-
linqueret. Et cuidam fratri dicens, cur tantum laborem
in rebus illis ita extergendis poneret, quæ mox essent ite-
rum insensenda, respondit: se quotidie vespere offerre Sa-
cratissima Virgini omnia opera quæ illo die fecisset, pu-
dere autem se rem aliquam illi offerre malè ter sam, &
non satis mundam, ideò, opus non rectè peractum: vt
& illud, si res malè conseruentur, non custo-
diantur, per incuriam corrumpantur vel per-
dantur. Notum est illud exemplum apud Cas-
sianum: In septimanà cuiusdam fratris, cum prate-
riens economus, tria lenticula grana, in terrà iacere
vidisset, quæ hebdomadario festinanti, dum ea prapa-
rat coctioni, inter manus cum aquâ diluebantur elapsa
sunt. Consectum supra hoc Abbatem consuluit, à quo
velut interuor neglectorq; sacri peculij indicatus, ab
oratione suspensus est. Cuius negligentia reatus, non a-
liiter ei remissus esset, nisi eum publicâ penitentiâ di-
lisset. Si tria tantum grana lenticulæ, casu elap-
sa, viti illi sancti, adeò puniendi iudicauerunt,
quid fecissent ob voluntarios in rebus maioris
momenti defectus? Immo ipse Deus ostendit
miraculosè, quanti sint faciendæ res minimæ in
Religione ad vsûm Religiosorum datæ, ne pec-
teant sine vsû, & parui fiant. Narratur in vitâ S.
Odonis Abbatis Cluniacensis de Religiosis il-
lius Monasterij: Micas ex panum sectione decedentes
singuli diligenter colligebant, & ante lectionis finem
cum benedictione consumebant: finita lectione, nec illas
nec cibum vllum quispiam capere ausus erat. Has au-
tem micas alius cibus sacratioris existimabant propter
miraculum. Hoc autem miraculum sic se habuit:
Monacho morienti, qui dum benè valeret non
comedebat micas, sed sinebat cadere è mensâ,
dæmon sapius ostentauit sacculum micis ple-
num, terrens hominem. Ex eo die magnâ dili-
gentiâ micæ mensæ colligebantur. In eadem
vitâ narratur, quendam Religiosum cum non
haberet lancem in quam micas colligeret in fi-
ne mensæ (vti est mos in quibusdam Monaste-
riis) micas intra manum collegisse, & fuisse cõ-
uersas in margaritas. S. Basilus quærit primò:
Quomodo debent hi qui operantur, curam gerere ferrâ-
mentorum vel vtensilium quibus operantur: Respondet,
primùm quidem vrendum illis esse sicut vasis Dei, vel
quæ iam Deo consecrata sunt. Secundo quærit: Quid
si per negligentiam pereat aliquid ex his, aut per con-
temptum dissipetur? Respondet: Eum qui contemnit, ve-

Vit. B.
Erogia.
1.2. c.10.
Vit. Alua.
c.20. p.
22.4.225.

109.
1.4. hist.
cap. 20.

c.14. apud
Sur. 18.
Nouèb.

cap. 17.

110.
Const.
mò. c. 55.

lut sacrilegum iudicandum esse: qui verò per negligenti-
am, & ipsum simile crimen incurere, pro eo, quòd
omnia, quæ ad vsû seruorum Dei deputata sunt, Deo
sine dubio consecrata sunt. Tertio quærit: Quid si à se
ipso commodare voluerit alicui, aut accipere ab aliquo?
Respondet: Tanquam insolens & temerarius habendus
est. Hec enim eorum qui præsunt, & curam dispen-
sationis gerunt, officia propria sunt. Et alio in loco: Di-
ligentiam, inquit, in omnibus vel tuendus vel conserua-
dis, eam adhibe, quam in Dominicis rebus (id est, Dei
ipsius) adhiberi par sit: neque eorum quidpiam, etiam si
casu negligenter abiectum sit, sine dispendio, Nec solus
S. Basilus pro sacrilegio habuit, res religionis
malè dispensate; sed etiam alij magni Sancti
idem docuerunt. Sanè S. Ildorus Pelusota Ab-
bas multorum Monachorum, Molen Epico-
pum monuit, Pauperum alimenta non temere ac si-
ne iudicio distribuere oportere quibus oportet, vt in il-
lud persuasum habere debere eum, cui eorum cura &
administratio commissæ est, quòd si quid contra quam
opus sit, impensum fuerit, sacrilegij reum se ipsum con-
sueturè. Idem docet S. Thomas Doctor Angeli-
cus infra citandus n. 116.

Hinc in Regulis S. Pachomio per Angelum
allatis, præscriptum est: Vt omnia ferramenta post
operationem (extra Domum peractam) ad Domum
reportentur. Et in aliâ dicitur: Si quis aliquid perdi-
derit, ante altare publicè corripitur: Si verò de propriis
vesticulis fuerit, quod perditum est, tribus hebdomadi-
bus non accipiet, & in quartâ actâ penitentiâ dabitur
ei quod amisit. Et alibi: Prepositus Domus increpatio-
ni subiacet. Si ante tres dies non nunciauerit Patri (id
est, Abbati supremo) siue in viâ siue in agro, siue in
Monasterio, quid perierit, & aget penitentiam, iuxta
Ordinem constitutum. Et alia regula sic habet: Pel-
licula caliga, & cingulum, & si quid aliud perierit, qui
perdidit increpabitur. Non sunt ergo parui mo-
menti res, etiam parua, Religiosi Domicilij, si
destruantur per incuriam, vel perdantur, quan-
doquidem ipse Deus per Angelum tales Regu-
las S. Pachomio dilecto suo præscripsit. Verè au-
tem Regulas illas à Deo factas, per Angelum
esse missas S. Pachomio, certissimum est; tum
quia id dicitur in Martyrologio Romano 14
Maij, tum quia id asserunt Sancti Patres & alij
Scriptores Ecclesiastici grauissimi, ab omnibus
laudati. Ad quod confirmandum valet mitum
exemplum relatum in Annalibus PP. Capuci-
notum to. 2. pag. 711. n. 87. In Bononiensi Provin-
ciâ cum post Matutinas Horas senex quidam Frater,
hyeme argente cateris abeuntibus ad calefactionem per-
geret, cum primùm in coquinam peruenit, duos in eâ
viros, velut culinaria mancipia offendit, qui adentes
prunas ferreis rastris dispergerent, locum tertio para-
bant, qui Capucinum Fratrem veru infixum humeris
deserens, in craticulari super prunas torrendum sta-
tuit. Mirari senex, simulq; horrescere, ac discissum pa-
rare, cuius ex his vnus pallium apprehendens: quò re-
rum, inquit, ignarus abis: Huncne, qui veru infixus est,
Fratrem agnoscis? Cui senex: Haud sanè. Hic Coquina
inter

inter Fratres, dum viueret, ministerio functus fuit, qui cum nullâ paupertatis lege seruata, ligna nimis profuse combureret, Diuino hic iudicio tam diu comburendus est, donec delicti poenam exsoluerit.

Porro notandum est hoc loco diligenter, nõ tantum poenitentiam mereri eum, qui supinè negligentî curâ vel custodiâ rei sibi commissa causa sit, vt illa res pereat, vel destruat notabiliter (vel in sacristiâ, vel in Bibliothecâ, vel vestiario, vel Dispensa, vel Cellario, vel alibi, vbi-ctunque tandem) sed talem peccare mortaliter, si dampnum tantum sit, quod attingat quantitatem rei ablatae per furtum, quod sit peccatum mortale. Hoc constanter docent Theologi, nullo (quòd sciam) repugnante: & dicunt hoc esse peccatum contra votum paupertatis & contra Iustitiam.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Res sui Domicilij non dent aliis, vel sibi vsurpent, contra voluntatem Superioris.

Res suae custodiae commissas & concreditas, nec alteri sine Superioris licentiâ dent, nec sibi vsurpent ad proprios usus: alioquin peccabunt contra votum paupertatis. Hoc quoque constanter Theologi docent, & SS. Patres. Hinc S. Basiliius: Quae ad eorum vsus seruantur, qui Deo se dicauerunt, ea sacra, & verè in eorum numero, quae Deo consecrata sunt, esse, & intelliguntur, & iudicantur. Quocirca quicumque ex his quippiam sibi surripit, is sine dubio ex eis est, qui quia ausu temerario sacrilegia designant, iudicandi sunt. Et alio in loco: Perficium est, inquit, qui priuatim quicquid possideat, (id est, sine licentiâ) eum de praecidendâ ac morte afflictiendâ animâ suâ meditari, qui exiguis obolis salutem suam addicere, ac perdere paratus sit: & (liceat mihi, quae so per vos aliquantulum loqui audacter, quae sentio) alter Iudas efficiatur, nempe qui à furto exordiat; (furtum enim est priuata possessio) & in perditionem desinat: quando vt ille Dominum, sic ille etiam verbum veritatis prodit. Quando enim Instituti nostri Regula hoc habet, non licere nobis priuatam vllam pecuniam acquirere (eadem est autem ratio, de aliis rebus, quae æquivalent suo pretio & valore pecuniæ) cum neglecto aliquis Dei timore, & legibus Spiritus Sancti violatis, Societatem primùm expilare (Societatis enim expilatio est, rei cuiuscunque & vnde cumq; in priuatum vsum seuotatio) cogitauerit, quomodo defendi potest, hunc non verbum veritatis perdidisse? & alterum Iudam factum esse? Non videri autem debet exaggeratio S. Basilij, quod sacrilegium, nõ simplex furtum committat Religiosus, res sui Ordinis sine licentiâ sibi vsurpans, vel alteri dans, quia & S. Thomas rem hanc Theologicè discutens, inter sacrilegij materiam, etli in loco infimo, ponit ea, quae sunt deputata ad sustentationem

Lancij Opusc. Tom. 2.

ministeriorum Ecclesie, siue sint mobilia, siue immobilia, Et concludit: Quicumque contra quodcumque praedictorum peccat, crimen sacrilegij incurrunt. Proinde diligenter notent Fratres quibus commissâ cura dispensandi seu distribuendi res Domicilij in quo habitant, (vt sunt socij Procuratorum, Sûbministri, Emptores, Sartores, Sutores, Vestiarij, Dispensatores, & si qui sunt alij tales) notent, inquam, certam doctrinam quam tradunt sancti & Theologi cum Lessio, & est talis: Si est Dispensator aliquarum rerum, non potest eas distribuere pro suo arbitrio, sed solum ex precepto, & mente Superioris, ita vt non det alia, nec plura, nec pauctora, nec meliora, vel deteriora, quam scit Superiorem velle: Quâ parte enim recedit à mente Superioris, incurrit in vitium proprietatis; (contra votum paupertatis) nam ita dispensat, ac si esset Dominus, & ab alterius arbitrio non penderet. Terribile extat exemplum in Annalibus Patrum Capucinatorum de quodam Religioso dicti Ordinis in Corsicâ Prouincia: Qui omnium opinione vir bonus & honestus habebatur: Hic cum esset morti proximus, & moneretur, vt confiteretur, haud sibi opus esse respondit; quandoquidem iam condemnatus esset, Nouum & incredibile id Fratribus videbatur, qui hominem honestè habitum vitam traduxisse conspexerant, idq; potius phrenesi & morbi vi, quae illum ad amentiam compelleret, eritendum censebant. Sed cum ex ceteris ipsius sermonibus, non delirare hominem animaduertent, id demonis tentationi adscribere maluerunt. Quare Guardianus multis conabatur eum ad spem Diuinae misericordiae reuocare: sed cum is eo magis se à Deo condemnatum assereret, iam, inquit, ediffere, quae tua damnationis causa sit. Hic egrotus, Obedientia, inquit, sepe contempta, propria voluntatis ac proprietatis scelus, iuste mea damnationis cause sunt: haec me ad Tartara rapiunt, neque enim Superioribus meis vnquam ex animo parui. Quaquam enim aperit eorum precepto minime reluctarer, tot nihilominus diuerticula construebam, cum aliqua meo sensui repugnantiâ precipere, vt nunquam praterquam in his, quae voluntati meae consentanea erant, meis Superioribus paruerim. Alterum verò est, proprietatis vitium, quo in rebus plurima aliis munuscula largiebar, vicissimq; ab illis, absque vllâ Superiorum licentiâ accipiebam, idque magis scelus auxit, quòd eam mihi rerum, tum dandarum, tum accipiendarum à Superioribus denegandam fore existimarem, neque huius me vnquam, tam sepe patraui sceleris poenituit, aut illud poenitentia Sacramento absterxi, cum eâ dandi & accipiendi voluptate carere extimescerem. Porro in huius testimonium, adhuc sub puluillo meo canabis fasciculus absconditus latet, quem, te infcio, Pater, in Vrbe quesui, vt filo ex eo compacto, panni praefigmina quaedam tunicarum confuerem, quae velut inutilia ne apponerem, serid tu ipse admonuerat. At his auditis Guardianus: Ne pauas, inquit, leuia haec sunt, quae poenientiâ facile abstergi possunt. Cui egrotus: Falleris Pater, haud haec leuia Deus iudicat, qui iustum aduersum me iudicium exercet. Iacta est alea, frustra ad poenitentiam prouocas, cum nulla mihi

117.
Baf. Reg.
br. 148.
Bonan. in
spec. No.
uit. 1. p.
cap. 4.
Th. 2. 2.
q. 32. a. 8.
ad 1.
Anton. 3.
p. tit. 16.
c. 1. §. 11.
Mol. disp.
276. §. in-
tioris
ministri.
Rod. to. 3.
q. 29. a.
10. c. cl. 1.
Sylu. V.
Religio.
6. n. 7.
118.
Azor. l. 12.
c. 12. q. 7.
to. 1. p.
685. n. 16.
18.
L 1
pos

post Dei iudicium salus reliqua esse possit : Sic impoenitens migrat, ac deploranda sine vitam concludit.

119.
pag. 615.
num. 63.
An. 1598.

Aliud exemplum refert idem tomo 2. Annalium de Fratre Ioanne à Castro Baronia, Laico, grauisimè in Conuentu Immaculate Conceptionis Urbis Neapolitane egrotante, qui cum ad finem vite appropinquasset, magno (vt videbatur) animi dolore affectus, acerbè flebat, à quo cum Frater Sylvester à Neapoli, Sacerdos, fletus causam percunctaretur, respondet ille, se demonem praesentem cernere, qui suam è corpore exitum praesolabatur, vt secum illum ad inferna raperet. Diligentius ille agra conscientiam perscrutatus, ab eo nim occultum aliquod in animo crimen foueret sciscitabatur. Cui ille haud aliud, inquit, inexpectatum crimen in me agnosco quàm quoddam papyraceam mollis scripturae imaginem clam euidam huius familie Fratri suffuratus sui. Eum tunc Conuentum Franciscus à Castellone moderabatur, cui cum Sylvester factum aperuisset, is ad agrum oppido conuolat, reig, ab eo certior factus, vbinam illa imago sit, inquiri. Quam cum Ioannes è Regule codice hauslam eidem obtulisset, eam ille Fratri confestim restituendam curat. Tum Ioanni: iam, inquit, Ioannes furum confessione absterge, ne quid demoni aduersum te accusationis habeat: id enim eger haud sine lacrymis praestitisset, mox ansugisse demonem Beatissimamq, Virginem, vnà cum Beato Patre Francisco (vir insignis probationis erat) accedentem, exclamans, puram, animam esset.

120.
fo. l. p.
774. n.
63. A.
1606.

In Conuentu Siponti noui (vulgo Manfredonia) Frater quidam Laicus, quaedam apud se aromata seruabat, quae Prouincialis Vicarius, eam iuxta antiquam Religionis consuetudinem, res Fratrum inspeccaret, in commune deponendo mandauerat, cuius eam à iussa replere negligeret, accidit vt ad Beatae Virginis adem, qua in Andriensi Vrbe celebris est, religionis causa proficisceretur, qua cum peruensisset, dum animum ad sacra Eucharistia participationem parat, in mentis excessum rapitur, statimq, ante Christi Domini, orbem indicantis, Tribunal sistitur. Sancta Deipara, Beati Patris Francisci ac multorum Angelorum coronâ stipatum, qui cum de vite instituto à Domino interrogaretur, respondet se Minorem Fratrem ac Capucinum esse B. Patris Francisci filium. Mox à B. Francisco, num, illam inter Filios suos agnoscat, diligentius queritur. At Beatus Pater Franciscus: Qui mei sunt, inquit, nihil proprium habent, nec aromatis vniuntur, sed in star pauperum viuunt, hunc verò quis sit ignoro. Obliguit hoc ille responsò, cumq, condemnatoriam Iudicis sententiam, in se ferri pertimesceret, ad Beatae Virginis à Iudicis dextra stantis, supplex patrociniū consugit: Cui Beata Virgo: Quid tu mihi honoris aut Venerationis vnquam exhibuisti, propter quod tibi meum patrociniū praestem? Cum verò ille aliquas corollas, quas eidem persoluerat, enumeraret; verum id quiddam ait Beata Deipara, at quae mentis attentiones quae pietate quoque charitatis affectu: Eo planè, vt cum nihil às frigidus ac negligentis mihi offerri possit,

in me potius ignominia, quàm honore afficeret. Verum si diligentius ac seruentius, ea, quae ad Virgini meumq, honorem spectant, te impofterum curaturum promiseris, meo nunc quoque patrociniò fruatur. Cui cum ille vniversa ex animo polliceretur, damnandò vita ille spatium daretur, pro eo orante Deipara à damnationis sententià liberatur. Is verò ab excessu sibi redditus, cum primùm ad Conuentum rediit, consignatus aromatis, diligenter deinceps in Regularis obseruantia discipline, atque in B. Virginis cultu feruentior enasit.

In Conuentu Diuionensi Lugdanensis Prouinciae commemorabatur, de quodam Fratre, qui cum plurimos sacros cereos agnos, serico tectos, atque ornatisimos sibi omni sollicitudine accumulasset, clam ij è cella illi subrepti suere, eo fortè consilio, vt his expoliatus, animum quoque ab insano illorum amore expoliaret. At contra accidit. Nam ob illorum priuationem, appetitu praeter modum excessente, tot capie verbis persistere, tot querimonis Conuentum implere, ac sursum deorum omnia vertere, vt in furias actus videretur; vehemens enim illa animi cupiditas, hominem sui compositum esse non sinebat, hoc itaque astu exagitatus, dum feruentis maris instar cogitationum sese alidentium fluctibus tractatur, noctemq, inter has animi tempestates infonnem ducit, en cacodemon horribili illi specie apprensus, his illum verbis compellat: Frater, te ipsum mihi in potestatem trade, mox agnos cereos, vbinam sint, aperiam, maioribusq, ac vberioribus te donis prosequar. Porro Frater horrendis illa demonis effigie perterritus, mox alius exclamare cepit: Currite Fratres, currite, cito opem ferite: Haec voce Fratres permoti è cellisq, exilientes omni festinatione ad illum accurrunt, demonemq, illum sanus perstringentem, quasi qui reluctantei proscire vellent, oculus cernunt: Qui simul atque Fratres atcesse, protinus euanscens, miserum tam ingenti terrore oppressum reliquit, vt vix ab eo post multos dies liberari potuerit. Sed & aliud terribile Exemplum hac in te ponderandum est, quod pag. 616. in cerno. num. 77. An. 1598. tom. primo Annalium PP. Capucinatorum refertur de quodam Romanae Prouinciae Fratre, qui in Conuentu Palestrinae Eleemofynarij officium exercebat. Hic cum vir prudens & grauis alioquin omnibus videretur, eo tamen maxime vitio laborabat; quod vix vnquam vilo munulo sibi à Guardiano obedientiae operi acquiesceret: ita vt cum Guardianus quicquam illi, quod ei minus gratum esset, vel in Vrbe, vel in Conuentu agendum praeciperet, semper ab eo aliqua ratione dissentiret, vel in aliud tempus illud reuocandum contenderet. Demum ita fixè propriae mentis sententia in heredit, vt quae illi ex obedientia à Superiore imponebatur, ab us semper aliquo sibi quafito colore delinaret. Hinc tandem post haec accidit, vt in grauem corporis languorem incidere. Ex quo cum Guardianus supremum illi vitae periculum imminere intellexeret, suauibus verbis agrotum admonet, vt penitentia

Sacr.

Sacramento animam abluat: ceterisq; ut fieri solet, se ad vica finem disponat. Cui Eleemosynarius: Sacramentis, inquit, mihi non opus est. Cur id ait Guardianus. Iusto, inquit ille, Dei iudicio damnatus sum, ed quod obedientie nunquam colla iugo submiserim: sed Superiorum iussu meam semper sententiam, ac placitum pratulerim. Monet Guardianus nec dum illi poenitentiae tempus effluxisse: ac dummodò eum facti poeniteat, culpam Sacramento delect. ac Diuinam Misericordiam imploret, caelestem illi indulgentiam pollicetur. Instabant quoque reliqui Fratres, ut hominem in Diuina clementia spem erigerent. At frustra: neque enim vllam ab eo poenitentiae vocem extorquere valent. Cùm ea tantùm vox illi ad mortem vsque suprema esset, quò se iusto Dei iudicio condemnatum asserbat: atque hoc pacto imponens, ac inexpiatus hinc migrans ad horrendum Dei viuens Tribunal indicandus accedit.

CAPVT DECIMVMNONVM.

Sine Superioris licentiâ, laborem suum nulli impendant.

Sine licentiâ Superioris nulli operam suam seu laborem, pretio, exempli gratiâ, vnius floreni dignum, impendant, hoc est tali pretio, quod sufficit ad peccatum mortale furti, si quis rem talem furaretur. Ideò Sartor, Sutor, Pictor, Pharmocopola, Faber lignarius vel Arcularius, Aurifer, & similes artifices Religiosi, non possunt iuxta suam artem quicquam tale facere, in beneficium alterius, sine licentiâ Superioris. Hoc quoque docent Iurisperiti & Theologi & SS. Patres. Querit S. Basilus: Nunquid conueniat Opifices aliquod aliunde faciendum suscipere, sine sententiâ eius qui huiusmodi officio praepositus est? Respondet: Iudicio furis aut cum fure currentis obnoxius esto. Nemo, inquit, ex opere suo sibi aliquid appropriet. Apostolicam enim vitam optamus viuere. Si quis autem contra fecerit, furti iudicio condemnetur. Quapropter Religiosum quendam, quem certam laboris sui partem occultasse, idem Augustinus inuenerat, post mortem fecit sacrâ sepulturâ priuari. Vnde Sancti & alij Doctores, intra peccata contra votum paupertatis numerant, sibi ex proprio labore aliquid sine tacitâ vel expressâ Praelati licentiâ vsurpare.

CAPVT VIGESIMVM.

Exactè Superiorum iussa exequantur.

Vrent in omnibus exactissimè sequi voluntatem Superiorum, quando aliquid illis praecipunt, siue circa rem aliquam faciendam, vel non faciendam, siue circa modum rem illam faciendi. Meritò ergo B. Aegidius Laicus, Lancij Opusc. Tom. 2.

locius S. Francisci, cùm post S. Francisci mortem existens extra suum Monasterium, Ministri Generalis mandato euocatus esset Assisium, mox illuc rediã contendit. Dicentibus autem fratribus, ut prius iret ad Monasterium, atque inde se conferret Assisium, respondit: Non sum ego ad Monasterium ire iussus, sed Assisium. Ita semper coluit exactissimè obedientiam. Talem obedientiam commendans Deus Pater in bono Religioso coram S. Catharinâ Senensi dialog. ei dixit: Verus obediens non optat obedientiam persicere suo modo, neque tempus eligere, neque locum, sed iuxta modum Ordinis atque Praelati sui, & omnia facit absque panâ, sine radio mentis. Resplenduit hæc obedientiâ in sancto Coadiutore & Laico nostro Hispano, laudato valdè in vitâ P. Balchazaris Aluarez, Ioanne Ximenez. Cùm enim Superior eum misisset ad fluum Iberum, ut inde aquam aducheret, & Ximenez iuxta Regulam cum indifferentiâ proponeret, modestè difficultatem, dicens se non habere sufficientes vires ad mulum continendum, & fluum valdè creuisse, ac propterea periculum esse, ne ad quemuis motum & mulus & ipse submergerentur, res ipsa ut ipse verberatur euenit. Mulus enim, cui insidebat, ingressus est ad impetum fluminis, & cum iam se videret perire, dixit Domino nostro cum magnâ fiducia: ò Domine, iam hic nullum est remedium nisi à re: nosti Domine, me obedientia proposuisse virium mearum imbecillitatem. id eoz, absque meâ culpâ in hoc periculum incidi. Orem miram, in eodem puncto mulus substitit, & in posteriores pedes erectus, extremitatibus eorum valdè caute immitens, quasi homo esset, cepit retrocedere & iniustato adè modo exiit, ut quasi miraculum indicaret. Ita Deus & Superioris imperium, & subditi cecâ obedientiam honorauit. Elucebat enim in eo magna erga Superiores reuerentia & respectus, ut qui clarissimus eos oculis intueretur, tanquam Dei vices agentes, & firmo animi decreto non transgrediendi eorum mandata etiam difficillima, pro vlla re huius mundi, etiamsi ipsum vellent sine vllâ ratione & causâ mortificare. Et alio in loco ibidem de eo scribit P. Ludouicus de Ponte: Libentius & hilarius occasionibus illis vtebatur, quas obedientia offerbat, quam quas ipse procurasset. Quodam die festo mane, in panam alicuius incuria, iusserat P. Rector ne comederet. & postea P. Minister misit illum ad pradium, nec voluit accipere quicquam secum quod comederet: rediit vesperi benè esuriens sed inuit ad SS. Sacramentum ubi orans voto se obstrinxit, obedientiam sibi iniunctam ita explendit, ut nisi iuberetur, non comederet: & quâuis pulsaretur ad cenam, ipse mansit in suo cubiculo, donec Deus ita prospexit, ut cum P. Rector omnium vltimus ad cenam se conferret interrogaret, an aliquis superesset, qui cenam non sumpisset, cui cum diceretur Ximenez non venisse ad mensam, quia missus esset ad pradium, iussu illum vocari, & interroganti cur non venisset ad cenam, ille respondit: quia R. V. prohibuit comedere. Ex hac adè exactâ obedientiâ edificatus Rector iussit eum canare. Aliâ die veniens ex pradio, aliqua necessaria pro familiâ acciperet, dixit quidem

Wad. t. 1. An. 262. num. 7.

c. 159.

c. 44. p. 524.

c. 45. pag. 532. Vit. P. Aluar.

pag. 533.



Superiori cur venisset; sed is tacens, simebat se non audire, ut illum mortificaret. Ximenius quod se firmaret, bis, ter, repetit quod petebat, & nihilominus Superior per horam integram, ibi stantem detinuit, nec respondit. Postea existimans ipse Ximenius: se deliquisse, quod toties repetisset, quid quareret, promisit Deo si aliquid simile, alia vice sibi occurreret, se contentum fore vel semel dicendo quid quareret; relinquendo Superiori, ut faceret quod luberet. Rediit sequenti die propter eandem causam; dixitq; Superiori: Venio Pater pro rebus necessariis, & ita conticuit. & responsum per tres horas expectant: vacans toto tempore orationi coram Crucifixio ibi existente, donec P. Rector videns eius resignationem & patientiam iussit accipere quod querebat. Hunc in modum multa alia valde memoranda ei acciderunt; & quoddam P. Balthasar in suis literis retulit, cum inquit ad Iherum fluvium cum mulo, fuit ab omnibus pro miraculo habitum: quod ipsemet Ximenius tenerrimè recolebat, suavitatem agnoscens providentiae Divinae succurrentis in huiusmodi presuris & angustiis, ut, qui suam fiduciam in illa ponunt, ut Superiorum iussa exequantur. Et ut appareat quanti Dominus noster faciat hunc Obedientiae modum, referam quod quadam die ei accidit oranti in Ecclesia coram imagine Beatissimae Virginis: singulari enim affectu eam rogans, ut ipsum iuvaret, atque ita dirigeret, ut salutis viam rectam teneret: vocem audivit dicentis, Perge Ximene per istam cecae Obedientiae viam quam tenes; nam recta pergis. Post hanc vocem valde sensit se adiutum, & in eadem virtute proficere. Cum sua conscientia rationem Superioribus redderet, & interrogaretur, an sentiret se ad perfectionem assequendam excitatum: respondit ab ea nocte qua me est allocuta Beatissima Virgo, ita bene, ut nesciam quid amplius desiderem, hoc ipse dixit P. Balthasari, qui ea nobis communicavit.

Sed non tantum hoc, sed etiam curent voluntatem aliorum exequi in iis rebus, quas ab illis petunt obtenta licentia à Superioribus. Hoc enim & virtus obedientiae ab iis exigit, & charitas quam debent exhibere aliis, iuxta illud: Quod tibi vis fieri, alteri feceris. Et, quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Extat pro hac re persuadenda praclarum exemplum in gestis Sanctae Gertrudis, in quibus narratur animam, Hermanni Religiosi Laici, existentem, in Purgatorio, apparuisse cuidam Moniali, qua cum requisivisset ab ea, pro qua re nunc maxime grauaris? Respondit anima: propter propriam voluntatem, & proprium consilium. Nam cum benefeci alicui, delectabar magis propriam voluntatem perficere, quam alterius consilium. Unde & pro eo nunc tantum grauamen conscientiae perfero; quod si in unum redigerentur, omnium mortalium cordium grauamina, simile mihi non videretur illi, quod ego sentio. Tunc ista: Quali remedio tibi posset subveniri: Et anima: Si quis cogitaret me pro his grauatum, & caueret sibi à similibus, multum mihi grauamen alleviaret. Tunc ista: per quod maxime interim consolari? Anima: per fidelitatem, cui magis studui in terris. Oratio enim quam fideles, pro me faciunt de hora in horam perscrutando, et elevat grauamina mea, sicut qui optimo

nuncio consolatur. Et singula natae quae pro me in Missa vel in Vigiliis cantantur, sunt mihi velut quaedam suavissima refectio. Insuper addidit mihi Divina clementia, merito intercessorum meorum, ut omne quod agerem, quod per bonam intentionem dirigatur ad laudem Dei, ut est laborare, (noctem hoc carissimi Fratres Laici) & etiam comedere & dormire, & similia etiam, dirigatur ad levamen meum. & ad continuum profectum, eod quod integrè fidelitate ad omne commodum earum affectuosam habuissent voluntatem &c. Et adicit Dominus, de hora in horam ad singulas preces pro ea fusas, magis magisque, consolatur & alleviatur. Orationes tamen vestrae tam velociter non possunt illi succurrere, sicut sacerdotum, si culpam illam non haberet, quod in seculo tam durum & inexorabilem se exhibuit, ad sectandam voluntatem suam, secundum voluntatem illorum, qui eum pie qualicumque causa rogabant, quod ipse voluntate non habebat. Si ergo tantopere displicuit Deo, in illa anima, quae in seculo voluntatem suam secuta est, ut orationes eius non profuerint tantum, quantum alias profuissent, multo magis in Religioso statu oberit voluntas propria, quando noti erit penitus conformis voluntati Superiorum, & fraternae charitativitate postulantes ex concessione Superiorum.

CAPVT VIGESIMV PRIMVM.

Modestia sua domi & foris alios edificent.

Conuersando cum externis Domi, & excedo foras, procurent custodia oculorum, & magna modestia ac compositione tonus corporis, & spirituali agendi modo edificare externos: hoc enim modo, & bonam de suo Ordine opinionem relinquunt: & factis, si non verbis, concionabuntur, imò & multos conuertent à malà vità, & ad statum Religiosum trahent. Sic multos conuertit noster Alphonsus Rodriguez cum lanitoris officio fungeretur per aliquot decades annorum. Sic S. Franciscus dicens socio, dum foras prodiret, se velle concionari, & nullo verbo extra Monasterium prolato, eum domum redisset, interrogatus à socio, cur non fecisset concionem, respondit, se eam fecisse, modesto incessu & gestu. Maior est doctrina, inquit S. Chrysostomus, qua moribus, qua conuersatione profertur. Etsi nihil dicas, si tantum excus è collecta, (loco in quo congregati fuerant multi) & externa specie, aspectu, voce, incessu, & tota reliqua modesta compositione, lucrum quod hinc egressurum recum retulisti, ostendas hominibus, ad cohortationem id sufficit. Sic enim egredi nos hinc oportet, quasi ex sacris adytis, quasi de caelo delapsos, modestiores reddidos, moderatè ac temperatè cuncta facientes & dicentes &c. Doce profanos, te cum Seraphim choreas agere, te ad caelestem populum pertinere: te in chorum Angelorum adscriptum esse: te cum Domino collocatum esse cur

125.
l. f. c. 15.
In fia. diu.
pict.

CAPVT VIGESIMVMSECVDNDVM.

Quomodo iudicio S. Basilij, Ministeria domestica sint obeunda.

Seruent præclara monita S. Basilij: Quotiescun-
que tua tibi in fungendis pro communi Fratrū
ministeriis, vices obrigerint, in eo aduigila, vt ad labo-
rem corporis, verborum etiam lenitatem adhibeas, vt ij
quibus ministras, charitatem te habere aduersus ipsos
intelligant, quàm gratum sit illis ministerium tuum,
vixit quod sale sit conditum. Ne patiari, vt qua pro-
pria muneris tui sunt, ea alius faciat, ne merces quoque
erepta tibi, alius tribuatur, reg, contempto in diuitiis
tuis, gloria alius afficiatur. Assignato tibi ministerio,
cum modestiâ fungitor sedulitateq; perinde ac si Chri-
sto ipsi ministras. Maledictus enim homo qui facit o-
pera Dei negligenter. Qui ex animi elatione fastuq;
nascitur, abusum meruit, (esto, qua tibi pra manibus
sunt ministeria contempta admodum abieciq; vi-
deantur) proinde tanquam Deum præsentem habens,
qui te aspiciat. Magna res est alteri ministrare, eiusmo-
diq; vt per eam nobis ad caeleste regnum ascensus pa-
reatur. Siquidem ea virtutum omnium est quasi qua-
dam sagena, qua Diuina in se præcepta omnia com-
prehendit, ipsamq; primò omnium virtutum conten-
tricem humilitatem amplexa, quam bonorum sequi-
tur veluti quoddam examen: tum illud etiam: Esurium
& dedisti mihi manducare, sitium & dedisti mihi bi-
bere, hospes eram & infirmus, & in carcere, & in mi-
stras tibi, maximeq; quando cuncta quod debetur,
id adhibita animi submissione persoluitur, fastu, ira-
cundiâ murmuratiq; segregatis.

129.
de abdi-
cat. seu re-
nunc. sec.
& spirit.
perfecti.

1er. 48.

Mart. 25.

130.

131.
l. de obe-
di. c. 9.

Porro præter exempla Christi Domini, SS. Apo-
stolorum, & aliorum Sanctorum, & præter
vilitates supernaturales, qua in hac vitâ & in
alterâ conferuntur propter labores corporales,
modis suprâ explicatis susceptos, mouere debet
Fratres nostros carissimos exempla secularium,
qui adeò multis laboribus & fatigationibus
propter lucra temporalia, & propter spes, sæpè
inanes, se enecant & eneruant. Pudeat nos, in-
quit B. Laurentius Iustinianus, ab huius seculi a-
matoribus superari, qui vt sua vota perficiant, suisq;
Superioribus famulentur, exponunt lato animo corpus
periculis, & animam perditioni. Nempe consergent ta-
les nobiscum in iudicio & merito condemnabunt nos,
qui secundum faciem, & non in spiritu ambulamus.
Obiciant nobis, quos labores perpesti sunt quotidianos,
animi angustias, inanem spem, & diurna certami-
na. Quapropter euigilemus corde & mentis aciem eri-
gamus, ad Dominum Deum nostrum, poscentes humi-
liser clementiam eius, quatenus dignetur nostra indul-
gere facinora, conserre gratiam, dominantem nobis
propulsare inertiam: vt tanquam aquila mente & spi-
ritu renouati, exhibeamus illi de cetero voluntariam
seruitutem atque obedientiam veram, charitatis flammâ
succensam, intentioni rectâ innixam, prudentia

Ll 3 luce

cum Christo esse congressum: Si nos ita composuerimus,
nihil oratione opus erit erga alios, sed cognito profectu
nostro, confestim accurrent, vt iisdem commodis per-
fruantur. Cum enim anima vestra pulchritudinem ex
ipsis sensibus viderint relucens, licet omnium sint
stupidiissimi, ad cupiditatem eximij vestri decoris exar-
descent. Si enim forma corporis excitat intuentes, mul-
tò magis anima pulchritudo spectatorem potest com-
mouere, atque ad similem zelum hortari. Et alibi sic
ait: Dicere non desinam, non solum doctrina & admo-
nitio & consilium, sed & ipse Sanctorum aspectus, at-
que vestium amictus, & calceorum mos, multum habet
vilitatis ac voluptatis. Et inde non exigua vita nostra
commoditas accedit, cum discimus, quatenus hi necessa-
rius vsi fuerint.

Tanti autem facit Deus in Fratribus ad ob-
sequia domestica deputatis modestiam, vt &
minimos natos modestiâ contrarios, quando-
que miro modo reprehendat, & actus mode-
stiâ singulares miris remoueret præmiis. Ad-
feram duo ad id comprobandum exempla, ex
nostrâ Historiâ excerpta. Cùm sanctus ille Fra-
ter, in toto mundo iam celebris, Alphonus
Rodriguez in vitâ & post mortem miraculis
clarus, Maiorice quendam Sacerdotem nostrum
comitaretur, & quodam naturâ impetu, idque
indeliberato, oculis in altum sublati, casu, &
non voluntariè vidisset quandam feminam ho-
nestam ex fenestra palatii prospicientem, eaque
casu vilâ, statim auertisset oculos, nec in con-
scientiâ examine illum aspectum indelibera-
tum sibi vitio vertisset, apparuit illi Virgo Dei-
para, hunc ipsum indeliberatè curiosum aspec-
tum improbens, & sic eum monens: Quando
incedis per viam, non attollas magis oculos, quàm sit
necesse ad videndum vbi pedes figas: ad neutrum latius
conuertas oculos: nec caput attollas: sicut hodie fecisti,
quando vidisti mulierem. Et tamen hic Frater ad eò
abhorrebat à feminarum aspectu, vt nullam ex
facie nosset, quamuis multè accederent ad por-
tam Collegij (cuius erat lanitor per multos an-
nos) vocaturâ aliquem Patrem pro audiendis
confessionibus infirmorum.

Alterum exemplum præclarum extat de alio
nostro Fratre sacrista, qui similiter nullam femi-
nam ex facie norat, quamuis ratione sui of-
ficij, quod triginta annis obiuit Cordubæ in
Hispaniâ, çogeretur quotidie multas videre in
templo, & eas alloqui dum Confessarios ad tẽ-
plum per illum accessuri cuperent, vel aliquid
aliud necessariam proponerent. Eius, in ipso
puncto temporis quo obierat, anima visâ est à
S. Terefiâ, à Christo Angelicis Choris stipato
duci ad cælum, & secum ducere multas animas
eius meritis ac precibus è Purgatorio liberatas.
Tanti Deus facit Religiosam modestiam cum
aliis virtutibus coniunctam.

Lancicij Opusc. Tom. 2.

luce persusam, Constantia virtute decoratam, nec non perseverantia bono circumseptam. Equidem si talis fuerit, erit procul dubio acceptabile sacrificium, precipuum munus, immaculata hostia oblatio sancta, victima salutaris, atque thymiama fragrantissimum. Relegant iterum hæc verba dilectissimi Fratres nostri Laici plane, Divino Spiritu scripta, à primo Patriarchâ Venetiarum Beato Iustiniano, & ponderent singula: docent enim, quid illis & quo modo sit in officiis eorum faciendum, & quàm accepta sint Divinæ Maiestati, eorum officia servilia & humilia, & labores pro Dei amore purâ intentione ex charitate erga alios Fratres suscepti, & quàm sint viles animabus eorum, in hac & in alterâ vitâ. *Cuius regnum colorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, scilicet, ferventer obeuntes ministeria & officia sua; vt ait Christus Dominus.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Sacerdotium non ambiendum.

172. **N**on ambiant sacerdotium sub prætextu animas Christo lucrificandi: tum quia Deus non ad hoc eos vocavit, quando Religionem ingredi volebant, petentes se ad gradum Laicorum admitti: tum quia in Religione in suo statu humili manendo, & officia sua obeundo, cooperantur conversioni animarum: tum quia precibus suis, & exemplari conversatione, & piis colloquiis possunt convertere multas animas, sicut convertit sanctus ille Coadiutor Alphonsus Rodriquez, qui dum Ianitoris munus per annos circiter quadraginta perfectè obiret, piis colloquiis & exemplari conversatione, ad quadringentos studiosos convertit, eos alloquens iis temporibus, quibus veniebant ad Collegium Maioricense, aliquem ex Patribus allocuturi. Hanc veritatem pulcherrimè, vt omnia alia, explicavit alter Alphonsus Rodericius noster Sacerdos & præclarus Theologus ac per annos triginta Novitiorum Magister, à quo noster P. Thomas Sanchez libris præclaris editis celebris, gloriabatur se factum hominè: quia eius instructione & animatione in Theologicis & Iuris Canonici studiis ita profecerat. Hic ergo Pater Rodericius meritò commendat statum Coadiutorum, tanquam verè conversioni animarum incumbentem. Citans enim epistolam sacerdotis secularis Ioannis Avilæ, cõcionatoris eximij, & viri in Hispaniâ sanctitatis opinione & virtutibus heroicis celeberrimi, scriptam ad duos Sacerdotes in Societatem nostram ingressuros (qui erant P. Didacus Guffman & P. Gaspar Loarte in nostrâ historiâ commemorati) suadet, vt de proximo iuvando non magnoperè laborent, ne se inquietent, quòd ministeriis huc tendentibus non applicentur. Et eam rationem dat: *Nam quicquid sit in Societate,*

inquit, etiam lances lauare & tergere, est animarum conversio: demum quoniam Religionis huius finis est, proximi animabus prodesse, & ab eius conservatione & incremento, magnum earum commodum & bonum dependet; hinc quicquid ad huius Societatis conservationem & augmentum dirigitur & ordinatur, est id etiam vilissimum & abiectissimum sit, est animas convertere, & magna ipsam consolatione obeundum est.

Adèd vt quoniam corporis huius & Religionis omnes membra sumus, vnusquisque officium & ministerium suum ritè obeundo ad fructum & utilitatem quæ in eâ fit, concurrat & cooperetur, ac proinde omnium conversionum & bonorum operum quæ in vniverfa Societate fiunt, participet. Quod expressè de Coadiutoribus temporalibus in Constitutionibus suis B. P. N. declarat. Quare suo quisque officio contentus & quietus esse debet, atque adèd, vt singulare Dei beneficium interpretari, quod corporis huius Societatis in quâ ipsam optabilis cultus exhibetur, & animæ ita sedulo iuvantur, membrum sit. Adèd vt quicquid in Societate fit, sit animas convertere, etiam Cocum, Ianitorem, Aeditum, & cætera agere, quia finis eiusdem est, animas convertere; hinc quicunque Societatem adiuvat & cooperatur, huic fini cooperatur.

Ostendam id etiam multò evidentius: si enim soli qui prædicant, confessiones audiunt, & immediatè cum proximo agunt, hanc sibi gloriam vindicarent, & illis solis attributendus esset fructus, qui in proximo fit, magnam sanè Superiorum præ aliis in Societate dolendi desolationisque occasionem haberent: hi namque minus quàm reliqui, particularibus his ministeriis possunt intendere: puta Generales & Provinciales: qui satis habent quod agant, dum Provincias suas visitant, ad litteras missas respondent, negotiaque occurrentia debite pertractant, adèd vt illis, ad bono commodisque proximorum attendendum, tempus non superfit. Magis tamen Superior ad proximi salutem conversionemque confert, benè suo officio fungens, & super omnes operarios suæ curæ concreditos vigilanter excubans, vt suas quique ritè & prout oportet partes exequantur: quàm si quasi aliquis de turbâ consentibus aures daret, & cõcionationes ad populum haberet. Quemadmodum operis alicuius Præfectus, artifex, & superintendens dum procurat & aduigilat, omnes vt munia sua debite legitimeque adimpleant, plus in eo præstat, quàm priuatus aliquis operarius: & Dux in bello plura facit, dum suis agenda cauendaque præscribit, quàm si vt gregarius miles manum cum hoste consereret: immo verò solus facit id quod omnes adiuvet ac dirigat: Itaque ei vni victoria adscribitur. Ita pariter apud nos, is qui sacrarium curat, qui Ianitorem agit, qui alia officia domestica obeunt, non minus animas conuertunt, quàm aut Concionatores

tōr aut Confessarius : quōd ad hoc eos adiuent, & opem præsent, dum hoc eos onere leuant, quō in hisce ministeriis se commodē occupent, quibus alioquin vacare & intendere non valerent.

Hoc est esse vnum Corpus, & omnes huius corporis membra. Quemadmodum corporis alicuius membra non idem omnia officium habent, sed suum vnaquæque proprium : & sicut quo vnumquodque membrum fungitur officio, non eo sibi soli fungitur, sed pro toto homine: neque enim pedes propter se solos ambulānt, nec sibi solis manus operantur, nec os pro se tantum comedit, sed propter totum hominem: atque ita de cæteris: pari modo in hoc mystico Religionis corpore se res habet. Vt ut autem hac eadem similitudine & comparatione Apostolus, etiam ad eundem finem, dum de Ecclesiâ Christi loquitur: *Sicut, inquit, corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt. Nam si dixerit pes, quoniam non sum manus, si dixerit auris, quoniam non sum oculus, num idem non est de corpore: & eiusdem membrum? an non id ita fieri oportuit? Nam si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit, & ita, vt vnum alterius ope indigeret; nec oculus dicere posset manus operâ tuâ non indigeo, aut iterum caput pedibus, non es mihi necessarius.* Ad eundem, inquit Paulus, planè modum in mystico Ecclesiæ corpore res se habet: *Nam quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, alios Prælatos & Superiores, aliis dedit gratiam curarionum, aliis genera linguarum.* Necessè est autem diuersa in Ecclesiâ esse officia & varios gradus; sed omnia sunt vna & idem spiritus, vniuersæque ad eundem finem, proximi scilicet vtilitatem, diriguntur. Ita porò & in Religione vsuuenit. Non omnes enim possunt esse oculi, non omnes linguæ, vel aures; id est, non omnes Superiores esse, nō omnes Concionatores & Confessarij, oportet sint in corpore etiâ manus & pedes; nec dicere possunt oculi manus, nec caput pedi, operâ tuâ non egeo, omnia enim hæc officia ad finem hunc assequendum necessaria sunt, ac proinde eum qui in Societate fit fructum, nemo non sociorum facit.

Secundò, omnes omnino socij, id est, tam Fratres Laici quàm Sacerdotes, ad animarum saluationem adiuuant, & adiuuare debent, non solum eo modo quo diximus, & bonæ sanctæque vitæ exemplo, quæ sicut infra declarabimus) primarium quoddam & perëfficax ad hoc medium est, verum etiam verbis, pios, bonos, & ad salutem animarum conducentes in familiari cum proximis colloquio, conuersationeque sermones intermiscendo. Quod vnum est de medijs, per quæ multa bona in proximo

fieri solent, vnde etiam B. P. N. in septimâ Constitutionum parte, in qua de proximi iuuandi medijs agit, hoc velut primarium ac præcipuum assignat, & quidem ponit id vt generale, quo omnes omnino socij, vt procurare debent, esto etiam Laici sint, & horum eo loco speciatim meminit. *Ve autem id melius intelligeremus, & opere exequeremur, etiam in regulas ipsam retulit. Omnes, inquit, pro ratione sui gradus, datâ commodâ occasione, emittantur pijs colloquijs proximum ad meliora promouere, & consilio ac exhortatione ad bona opera, præsertim ad confessionem excitare.* Ad eò vt non Concinator solum & Confessarius, sed & obsonator, Procurator & lanitor, & qui Exeuntium socius & comes est, datæ operam debeant, bonis vt colloquijs & sermonibus, proximum iuuent, statim de rebus animæ salutaribus eum eo agendo; cum illo quidem, de pio vsu Rosarij: alium monendo, vt iuramentis abstineat, hunc, vt ad confessionem veniat, eum qui paulò prouectior est, vt quotidie vesperi conscientiam suam ante somnum examinet. Et sic constat multos fratres Laicos magnū in eis quibuscum conuersabantur, bonis suis colloquijs & sermonibus pijs fructum fecisse, multosque ad peccatorum confessionem faciendam induxisse, denique permultas Deo animas asseruisse, & fortasse plures quàm non pauci Concionatores & Confessarij.

Tertio, suis item Orationibus ad animarum conuersionem omnes cooperantur: quod sanè inter media ad hoc conducentia non postremū est, vt infra dicemus. Etiam hoc medium omnium est vniuersale. Sepè putabit Concinator, Confessarius, & is qui ad moribundos iuandos vocatur, quòd ipse fructum faciat, & eum fortasse facit is, qui eius est socius, eum per feruidas preces Deo commendans, vel Coquus, qui pridiana concionis vespera, disciplinam & flagella subit, Deum precatus, vt aliqua per concionem anima conuerteretur. Quàm multos concinatoribus sacris spirituales filios, Laici fratres auferent & sibi vindicabunt: hos quidem illi suos esse putant, sed in die iudicij apparebit, non esse ipsorum, sed Fratrum Laicorum. Et Ioseph verum Pueri patrem non esse, sed tantum putatiuum: & putabatur filius Ioseph. Videntur quidem esse filij spirituales Concinatorum vel Confessariorum, putantque homines conuersi, illos Patres suos Spirituales esse, at postea apparebit eos non nisi lacrymis atque oratione Fratris alicuius Laici prognatos esse. *Donec sterilis peperit plurimos, & que multos habebat filios infirmata est. Qui protus videbatur sterilis & infrugifer, plurimos post se trahet filios, & contra, qui patris dicebatur nomine, multosque habere filios videbatur, fortasse ne vnum quidem proprium habere inuenietur. Latere sterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ non parturit, quia multi filij deserta magis, quàm etus qui*

Luc. 3. 13.

1. Reg. 4.

II. 14. v. Bal. 4. 27.

Ll 4 habet

1438.
tam.
14. 14.
1438.
1438.

habet virum. Si enim feceris quod debes, fieri potest, vt pluribus spiritualibus filiis circumcingeris, quàm celebres Concionatores & Confessarij, teque postea miraberis tantis filiorum manipulis vallari, & dices in corde tuo: *Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens: Ego non sum Prædicator, non Confessor, non doctus; & istos quis enutrit, quis eos mihi dedit? dicam, oratio, suspiria, lacrymæ & gemitus. Desiderium quippe pauperum exaudiuit Dominus. Oratio humiliantis se penetrat caelos: Deus voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Hoc vnum est, quòd tam multos filios dat ei, qui videbatur sterilis, & patris nomine non appellabatur.

Ifai. 49.
21.

Pf. 9. 38.

Pf. 144.
19.

1.6. c. 16.
Vit.

Hoc Concionatores, & Confessarios sæpe recogitare debere, dicebat B.P. Franciscus Xaverius, primò quidem, vt Fratribus suis se non præponerent, sibi persuadendo plus illos se præstare & operari: deinde, vt hoc pacto maiori inter se omnes vnione & caritate connectantur.

Ad hæc habent & aliud in hoc commodum & bonum Laici, scilicet, quòd cum ipsi fructum & lucrum aliquod in animabus, eo quo diximus modo faciunt, securiores sint, quàm aut Prædicator, aut Confessarij, aut Lectores Scholastici; propterea quòd Concinator & Lector, sæpe in magno euanescenti superbiendi que agant periculo; Confessarius verò dubius semper sit, malene an benè procedat.

Huc accedit, quòd magnas ministerio & munia hæc sollicitudines & impedimenta inuoluant, ita quidem, vt non rarò homo, qui iis ritè perfungatur sui ipsius obliuiscatur, ac se ipsum & proprium profectum negligat. At Fratres Laici securè rem suam agunt, meritumque & quæstus eorum in tuto est, quia ab hac vanitate nec non ab hisce curis anxius & scrupulis planè liberi sunt. Adeò, vt semper aliquam in lucro nostro partem habeant, & non rarò etiam potissimam & maximam, dispendij verò nostri minimè participant, sed id totum nostrum sit, totum nobis obueniatur, vtinam verò interdum non contingat, vt Concinator vanam gloriam metat, Frater verò Laicus omnem fructum & profectum qui fit, ad se trahat, (quia non bona sed iniqua hæc esset partitio) sed omnes laboris nostri fructu gaudeamus, omnia ad maiorem Dei gloriam semper faciendo.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

Colloquia cum secularibus quomodo instituenda.

133. **I**N colloquijs cum Externis, agant de rebus spiritualibus, vt eos iuuent, prout præscribitur in Regula 24. Comm. & Reg. 9. Coadiut. vt

datà commodà occasione vtantur pijs colloquijs proximorum ad meliorem promouere & consilio atque exhortatione ad bona opera, præsertim ad confessionem excitare, videndo ne limites sibi à Regulâ præscriptos excedant. Ideò in Reg. 42. Comm. additum est, vt id procurent pro ratione sui gradus, hoc est, ne eo modo quo Sacerdotes & Fratres Theologi facere solent, resoluendo casus conscientie, & doctrinas Theologicas proponendo vel explicando. Hoc enim ad Laicos Fratres non spectat.

Hoc exequatur suprâ laudatus Coadiutor noster Ioannes Ximenez: *Nam fuit valde proximorum salutem, & vt omnes Deum agnoscerent, eiusque legem sanctissimam custodirent, ex quo oriebatur internum quoddam consilium ad homines iuuandos. Cum omnibus enim rusticis & ignaris hominibus occurrentibus ita colloquebatur, vt inciperet ab aliqua re, quam illi libenter audiebant, sed mox transibat ad id quod ipse cupiebat, fructum scilicet animarum eorum, & ita miscebat sermones de Deo, præcogitabat autem, que illis esset dicturus: & talem scientiam, ac peritiam ipsius gradui accommodatam Deus ei dederat, adeò, suauiter agebat, vt ordinari eos lucraretur & in moribus ac vita mutaret quibuscum agebat.*

Simili modo alter noster Coadiutor Alphòsus Rodriquez, cum officium Ibitoris per aliquot decades annorum obiret, tam salutaria miscebat cum externis colloquia, præsertim cū studiosis, vt quàm plurimos ad statum Religiosum amplectendum, alios verò ferè innumeros, ad vitam piè traducendam adduxerit. Idem faciebat Paulus Cicottus Coadiutor Italus, famâ sanctitatis Romæ celebris, cum eadè etiam sanctè mortuus, vt alios multos non commemorem.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

Vsum pilei Clericalis non exigant.

134. **C**VM hoc Opusculum potissimum scripsim in gratiam Personarum Societatis ad obsequia manualia domestica receptarum, necessarium videtur, vt hoc loco attexam causas quibus mota est Societas nostra, vt in septimâ & octauâ Congregationibus generalibus, post longam deliberationem & rationum pro vtraque parte discussionem, statuerit, ne in posterum Laici ad eius obsequia recipiendis permitterentur vsus pilei clericalis, sed solis antea receptis in quibusdam prouincijs indulgeretur. Et quia singulari Dei & Societatis beneficio, ad sui vtrique Congregationi generali, septimæ quidem, tanquam Elector R. P. Marij Vitelleici, missus à Prouincia Poloniæ, octauæ verò tanquam Elector R. P. Vincentij Carraxæ, missus à Prouincia Lithuanie, possum indubiâ fide tanquam præsens & oculatus & auritus testis, hic inferere veram huius rei narrationem.

Inpri-

In primis: cum SS. D. N. Paulus V. Pontifex Max. & per Illustrissimum Cardinalem Bellarminum, & per R. P. Ferdinandum Albertum, tunc Vicarium Generalem totius Societatis, nobis omnibus congregatis solenniter, commendasset, vt in illa Congregatione reduceremus Societatem ad primarium eius viuendi morem, si forte aliqua in te deflexisset à pristina viuendi ratione, & aliquot Societatis Prouinciarum proposuissent toti Congregationi, vsum pilei Clericalis Coadiutoribus nostris laicis, post Congregationem quintam generalem (eius tempore Romae secundum Nouitiatum annum finiebam) à R. P. Claudio Generali primum concessum, non esse conformem pristino mori Societatis; Septima Congregatio post septem dierum hac de te deliberationem & disputationem, & aliquot intercessionem Patrum Hispanorum, statuit; ne deinceps nostris Laicis ad domestica obsequia admittendis, vsum pilei Clericalis concederetur.

Non est necesse hoc loco recensere grauissimas rationes, quibus mota est Societas, in septima & Octaua Congregatione Generali ad hoc statuendum.

Adferam ego, quae post septimam Congregationem generalem inueni in scriptis secretis Archiepiscopi Romani in confirmationem huius Decreti septimae Congregationis. Cum enim dissoluta Congregatione septima, iussus fuisset anno 1616 à R. P. Mutio Generali, ex Protocollo Archiepiscopi Romani excerptere omnia Responsum omnium Praepositorum Generalium & ipsius S. P. N. Ignatii vsque ad annum 1615. siue ad mortem P. Claudij, cui R. P. Mutius immediate successit, haec Responsum & Decretum inueni.

Primo: Inueni in Registro seu Protocollo Originali anni 1555. fol. 4. b. versu 4. tale Responsum S. P. N. Ignatii, & in altero libro Responsum Generalium in minore forma, hoc est, in quarto, signato in tergo litera A. fol. 31. numer. 140.

Cum Rector Collegij Viennensis Nicolaus Lanoius proposuisset varia dubia P. N. Ignatio decidenda ab eo, circa modum viuendi Societatis; exempli gratia: Quoties nostri Adolescentes communicare deberent: & an Nouitij Societatem ingressi, secularem in ea habitum aliquando retinere possent? proposuit etiam, an nostris Coadiutoribus Laicis vsum pilei Clericalis concedere possent? Sic S. Pater Italicè respondit: *alli deputati per seruitio & laici, la ragion non permette rebbe che se li concedesse beretta di prete. hoc est. Non esset conforme rationi, permittere & concedere Biretum Sacerdotalem deputatis pro seruitio & laicis.*

Secundo: Post mortem P. N. Ignatii in prima generali Congregatione sub P. Iacobo Laynez eius Successore & dilecto socio celebrata, factum est Decretum, vetans ne laicis Societatis

permitteretur vsum pilei sacerdotalis, exceptis solis sacristis. Decretum hoc in Actis Congregationis prima manu scriptis titulo 6. dist. 16. in Decretis verò impressis numer. 95. est huiusmodi.

Quaestum fuit de ratione vestium & pileorum, quibus Laici nostri, vti deberent: nihil statuendum visum est, sed eam indumenti rationem probari, qua nostri Laici à Sacerdotibus nostris, & secularibus hominibus distinguerentur: & vt vestitus honestus esset, iuxta morem patriae: & pileorum quidem ratio Prouincialium arbitrio relicta est. eos tamen qui in seruiendis Missis officium habent, Clericali pileo vti debere, visum fuit.

Quibus verbis Congregatio prima nostra Generalis, post mortem S. P. N. Ignatii celebrata, primo, aperte decreuit, nostros Laicos debere distingui à Sacerdotibus indumento, vestibus, & pileis. Secundo, iis solis qui Missis inseruiunt concedens Clericalem pileum, indicat alios vti eo non debere.

Quando autem pileorum rationem Prouincialium arbitrio relinquit, id non ideo facit, quasi relinquat potestatem penes Prouinciales dandi Laicis pileos Clericales (sic enim sibi Congregatio contradiceret, & vno eodemque decreto id statim abrogaret, quod antè immediate statuerat, de seruanda distinctione indumenti, inter laicos & Sacerdotes) sed vt Prouinciales pro diuersitate Regionum statuerent, quae forma pileorum Laici vti deberent, scilicet, an galeri, an alii, salua tamen distinctione à pileo Clericali.

Tertio: Cum autoritate secundae generalis Congregationis sub B. Francisco Borgia habitae varia dubia proposita essent Congregationi ab ea soluenda; sic autoritate secundae Congregationis Definitores deputati, hoc dubium soluerunt.

Ad Quartum: de vestibus & pileis Coadiutorum responsum est in Decreto 45. Prima Congregationis. De eo autem quod ibi non explicatur (scilicet, quod Congregatio prima Prouincialium arbitrio, vt supra dictum est, reliquerat) magis videtur probari vsum exigui galeri, & vt interiores vestes, Sotanna vulgo dicta, ad mediam tibiam plus minus attingerent, & mantellis recerentur. Vsum tamen pilei non videtur introducendum, praesertim vbi communes sunt Laicis & Clericis, vt in Lusitania.

Habetur hoc Responsum Definitorum autoritate secundae Congregationis generalis datum in libro Romani Archiepiscopi, in quarto, notato litera B. fol. 3. p. 2. n. 26.

Quarto: Extat Decretum R. P. Borgiae tertij Praepositi Generalis in libro A. fol. 53. pag. 2. factum anno 1566. in Ianuarij, in quo post alia de aliis rebus dicta hoc additur numer. 10. *Visto quel che si trattò nella prima General Congregatione, intorno alle berette de Nostri fratelli Coadiutori temporali, mi è parso, non si vno piu, ma in loco di quelli, cappelli, che si pot'anno fare honesti & leggeri, secondo*

secundo l'usanza delli paesi diuersi adopranno.

Quintò: Idem B. Borgia Generalis scribens Prouinciali Castellæ anno 1566. 25. Aprilis, concessit vt Laici nostri vterentur galeris, quorum vsus in commodus in obsequijs domesticis videbatur: voluit tamen vt eorum loco adhiberentur rotundi pilei, (quales olim Romæ portabantur à Nouitijs ante Generalatum P. Mutij) idque ob eam causam, quod illis sufficienter distingui possent Laici à Sacerdotibus. Verba eius hæc habentur in Registro Hispanico Romani Archiuij anni 1566. fol. 178. pag. 1. versu 6. ante finem, & in alio lib. A. fol. 317. pag. 2. num. 13. *Los bonetes rotundos en los legos se pueden sufrir, pues que son diferentes de los que trahen los Sacerdotes y Scholares, y así no ser a necessario traian Sombreros.*

Sextò: Idem B. Borgia in eodem Registro habente in tergo hunc titulum inscriptum Hispana & continente Hispanicis epistolas eius ab anno 1564. vsque ad 1566. fol. 177. b. versu 2. ad Prouincialem Aragoniæ sic scribit: *Los Coadiutores pueden pasar con sus bonetes rotundos pues son diferentes de los que traen los Sacerdotes*: Hoc est: In Laicis possunt ferri pilei rotundi, cum sint differentes ab illis quos portant Sacerdotes, & ita non erit necesse vt portent galeros.

Septimò: Idem P. Borgia volens consolari Coadiutores, quamuis circa annum Domini 1569. indulserit vt pileo clericali vterentur, tamè certum est, eius tempore etiam in Italia non vbiq; fuisse receptum eius vsus. Præterea eos qui illo utebantur intra priuatos parietes domesticis officiis occupati, non fuisse solitos illos gestare ijs in locis, in quibus videri poterant ab externis.

Hoc patet ex literis P. Secretarij Societatis nomine huius Generalis scriptis ad Prouincialem Siciliæ anno 1570. 18. Februarij, quæ habentur in Registro Italiæ anni 1570. fol. 87. pag. 1. versu 4. ante finem, & in alio libro A. fol. 1407. pag. 2. num. 143.

Nostro Padre Vorrebbe intendere il parere di V. R. & delli suoi Consultori, quanto al portar barette de preti, gli nostri Fratelli Coadiutori nella Prouincia di Sicilia, presupposto che quelli che s'affaticano, doue sono visti da forastieri o quelli che Vanno soli, portano il capello, & che qui, & anche in altre Prouincie doue si è fatta la proua si consolano con questo detti Coadiutori & non si vede li faccia danno alcuno.

Porro non fuisse sub toro Generalatu P. Borgiae admissum in Sicilia hunc vsus pileorum Sacerdotalium patet ex literis R. P. Eueardi Successoris in Generalatu P. Borgiae, paulò post adferendis paragrapho 10.

Octauò extat Decretum impressum tertiæ Congregationis generalis hac de re in hæc verba no. 32. *Cum questio de pileis Coadiutorum temporalium de qua in prima Congregatione actum fuerat, iterum proposita fuisset, Decretum fuit, vt R. P. N.*

Generalis (qui quod vniciq; Prouincia expedierit iudicabit) totum negotium relinqueretur. Sic tamen, vt iuxta Decretum 16. tit. 6. prima Congregationis, distinctio inter ipsos, & nostros Sacerdotes, & seculares etiam humines, seruaretur.

Nondò: Quartus Præpositus Generalis P. Eueardus in tertia Congregatione Generali electus, tum sua autoritate tum Congregationis tertiæ (quæ hoc eius iudicio reliquit,) vehementer laborauit, ne vsus pilei Sacerdotalis in posterum concederetur Laicis, & paulatim minueretur. Nam scribens ad Visitatorem Castellæ sic agit in Epistola data 1578. 20. Iunij.

La difficultad que V. R. siente introducir los Sombreros en los Coadiutores se puede moderar, con dexar à los que tienen ya bonetes con ellos, y dar orden, que los que no los tuuieren, o los que vnieren de nuevo, non trayan si non sombreros.

Habetur hoc responsum in libro A. fol. 354. pag. 1. num. 147.

Decimò: Idem Generalis volens vt in Sicilia Sacristæ vterentur hoc pileo, iuxta Decretum primæ Congregationis, & videns Prouincialem Siciliæ difficilem in eo recipiendo, moderatur vsus, & eius difficultates soluens, ita scribit 1578. 17. Iulij in Registro Siciliæ fol. 30. pag. 1. versu 8. ante finem.

Il dubio che V. R. ha circa il dar la baretta Clericale a Sacristani, si risolve con dirle, che meta in quell' officio persone stabili & idonee à continuare quell' officio ne gli lasci mutare se non per qualche urgente bisogno: & in questo modo non si verran à dar dette barette à molti come V. R. dice, ne altri baueran occasione di demandare d'esser Sagrestano, non si variando questi simili officiali. Et in caso che si mutino, si leuan loro le brette, perche il Decreto li concede, ratione officij, & non persona. Ne Collegij grandi poi, doue sono necessari due alla Sacristia, basterà che solo si dia al principal Sagrestano. Ex lib. A. fol. 212. pag. 2. num. 123.

Vndecimò, in Prouincia Romana separatim per Procuratorem Prouinciæ eidem P. Generali expositum fuit hoc postulatum anno 1576. num. 10: Vt in vestitu differant Coadiutores à Sacerdotibus, quo ad pileos & vestes exceptis Sacristis, Quod ille Generalis approbans, ita respondit.

Animentur meliores, antiquiores suauiter, vt deponant: nulli autem in posterum de nouo detur, qui admittetur ad Societatem, & qui nondum habuerunt: ac vero admoneantur cum admittuntur, sibi nunquam talem pileum datum iri. De vestibus autem & pallijs Superiores ipsi poterunt sine rumore curare, vt res redigatur ad eam distinctionem quæ ex Canone 63. Tertiæ Congregationis decet.

Habetur hoc Responsum in Romano Actiui in Responso Generalium datis ab anno 1576. ad annum 1579. fol. 7. pag. 1. §. Ad dictum.

Duodecimò, idem P. Generalis Respondit Pro-

Provinciali Longobardiæ seu Mediolanensi, scire cupienti, quid Statutum esset circa Pileos & vestes Coadiutorum temporalium sic scribens.

Nonitis aperte est dicendum, non esse eis dandum pileum clericalem, & ita erit exequendum. Quibus iam concessus est, non est eis vi auferendus, sed paulatim persuadendum, vt illum ferre non curent, quem admodum multi boni & meliores Romæ fecerunt.

Decimotertiò, cum Prouincia Aragoniæ anno 1576. petisset, vt in ea Coadiutores temporales possent vt pileo clericali, quo tunc non utebantur, idem P. Generalis ita respondit numero 10.

Non est immutanda consuetudo illa Prouinciæ Aragoniæ, in pileis quos gestant Fratres Coadiutores, quibus, à Sacerdotibus distinguuntur, vt melius Decretum Tertiæ Congregationis Generalis obseruetur. Et, si in alijs Prouincijs abusus inueniatur, corrigetur.

Abusum vocat, correctione dignum, vsum pileorum Clericalium in Laicis.

Decimoquartò, idem Generalis, Respondens ad petitionem Prouinciæ Belgicæ, cupientis ne in illa, etiam factis, pileus Clericalis ex concessione Primæ Congregationis Generalis permitteretur: ita petenti rescribit numero 12.

Operantur Patres huius Prouinciæ, vt P.N. Generalis, his in locis permitteret eum vsum, qui hactenus fuit, quantum ad habitum, & pileos Coadiutorum, etiam si habeant Officiam inferuendi Sacris. Ad hanc petitionem Prouinciæ Belgicæ, ita P. Euerardus Respondit:

Ad Duodecimum, seruent Coadiutores vestimenti modum quem hactenus habuerunt.

Decimoquindò, idem P. Euerardus Generalis, scribens ad Claudium Aquaniam tunc Præpositum Prouinciæ Neapolitanæ, cupientem scire praxim, quam sequi deberet in permittendo Laicis vsu pileorum Clericalium, ita Respondit anno 1579. 29. Ianuarij, prout habetur in Registro Neapolitano Romani Archiuij fol. 31. p. 1. post mediam paginam.

La praxi de Nostri Coadiutori quanto alla beretta, est ista, che à quelli che di nouo entrano non se li permette, anzi dal principio chiara mente si auisano, che non vi facciano pensiero: all' altri che già ne stanno in possesso, non si leua per forza, ma si come tal volta è occorso, alcuni per sua deuotione vedendo l' intentione de superiorij, si monono à Lasiaqta, volentieri s' accetta. Il che ancora si petra fare costi con quelli che P. R. Scrucina hauerli offera. Questi tali poi suori, sempre portano il capello, in casa à suo ben eplacito, altri il capello, altri beretta rotonda, oberecchio, & per cio aspecciamo la Congregatione di Procuratori per determinare alhora vna cosa commune per tutti quanti, si di questo come anco delle Sotame. Habetur hoc responsum, etiam in libro A. fol. 219. pag. 1. numero 160.

Decimosexto, extant in Archiuijo Societatis diuersarum Prouinciarum Congregationum po-

stulata, quibus à Congregatione Generali petierunt, vt vsum pilei Sacerdotalis Laicis admittere concessum primum à P. Claudio, post Quintam Congregationem Generalem. Hæc postulata Congregationi septimæ Generali me presente & audiente representata fuerunt, & retortâ per septem dies agitatâ, rationibus in vtramque partem allatis, conclusum fuit à septima Congregatione, ne vsus pilei Clericalis Coadiutoribus nostris Laicis in posterum admittendis, concederetur, formato Decreto hisce verbis: Quod Decretum extat in Decretis impressis huius Congregationis numero 20.

Cum propositum fuisset Congregationi, vt dignaretur discrimen aliquod certum in vniuerso Sacerdotum, Scholasticorum, & temporalium Coadiutorum vestitu, Decreto suo statuere: censuit primo, seruandam Regulam 6. Custodis vestium. Circa capitis vero tegumentum, iis qui imposterum ad Societatem Coadiutores venturi sunt, omnino Clericalis pilei vsu, quo Sacerdotes & Scholastici vti consueuerunt, interdiciendum esse: ademptâ cuiuscunque deinceps Superiori, etiam Generali, dispensandi cum illis facultate. Iis vero qui iam in Societate sunt, permitti eorundem vsu posse, in illis Prouincijs, in quibus consuetudo talis inualuit.

Decimoseptimò, cum hoc Decretum post quatuor dierum hac de re disputationem, statutum fuisset, & aliqui Patres tam pro Indicis quam pro Hispanicis Prouincijs intercessissent, rogâtes, vt hoc Decretum abrogaretur, vel certe nil in hanc & in alteram partem statueretur, iterum eadem Congregatio septima Generalis, tres in huius rei tractatione actiones & sessiones per tres dies habuit, & post multa variaque in vtramque partem à varijs allatæ, censuit Decreto 36. in Actis impressis posito, numero 23.

Primo, nihil sibi videri in Coadiutorum capitis tegumento mutandum in iis, qui Societatem ingressi, Sacerdotum ac Scholasticorum pileis vtiuntur. Is vero, qui imposterum in Europa ad eandem Societatem accessuri sunt, nullo modo vsu pilei Clericalis, quo Sacerdotes, & Scholastici vtiuntur, censuit permittendum. Statuitque Congregatio, sententiam hanc suam, indispenfabilis Decreti vim roburque, habere & obtinere debere. Quod etiam discrete imposterum indicandum voluit omnibus, quotquot in Societatem admitti perierint, nec alia conditione admittendos. De iis vero, qui in vtraque India Orientali & occidentali versantur, nihil in presentiarum statuendum sibi iudicauit, sed rem totam arbitrio Patris nostri relinquendam, qui pro temporum varietate videbit quid in Domino consultum fuerit, ac fieri poterit.

Porro sciendum est, in hac Congregatione septima, pro tali Decreto condendo, sua dedisse suffragia, non vnus tantum Nationis Patres, sed prorsus ex omnibus Regionibus & Nationibus, aliquos in hanc iussisse sententiam.

Decimo octauò, in Societate fuerunt anno 1616. triginta duæ Prouinciæ, ex his in decem Prouincijs Indicis per Decretum septime Congregationis

gationis non est adeptus Laicis pileo clericali: in duodecim autem septemtrionalibus Provinciis, nunquam ad hunc diem vsi sunt, Societatis Laici pileo Clericali: atque ita viginti duas Provincias Societatis hoc Decretum non attingit. Quocirca cum decem tantum Provinciae sint in Italia & Hispania, in quibus vetatur Laicis postea admittendis vsus pilei Clericalis, aequum est, ut minor pars Societatis conquiescat, quando maior & numerosior quiescatur.

Decimonon, in omnibus Religiosis Ordinibus eorum Conuersi seu Donati, seu Laici, non solum pileo, sed etiam modo & qualitate vestium, primo aspectu, discernuntur à Clericis eiusdem Ordinis & à Nouitiis. Aequum ergo est, ut & Societas habeat suos Coadiutores pileo & vestitu differentes, & quidem primo aspectu, à Sacerdotibus & Clericis.

Vigesimo, Deus ipse immediatè similia statuit. Nam in Reuelationibus Extrauagantibus S. Birgittae cap. 35, cum Christus Dominus permisisset Fratribus Professis Regulæ Saluatoris ore proprio à se dictatæ Fratres Laicos, duos concecit focarios, & addidit.

Focarij, non debent habere cucullam (quæ correspondet nostro pileo clericali) sed mantellum, de super tunicam, cui sit assutum caputium paruulum ut alij Religiosi. Cum verò laborant, deponant mantellum, & habeant pro illo Caputium ad hoc statutum, sicut Conuersi Ordinis sancti Benedicti, aut Bernardi, & balthem de corio nigro.

Porro cucullus, seu, ut vocat S. Hieronymus in

Testamento Hilarionis, & S. Benedictus cap. 55, Regulæ, cuculla, genus est vestimenti, inquit Alardus Gazæus Com in lib. 1. cap. 4. Instit. Cassi, seu amictus, caput & humeros circumambiens & protegens: vnde Cucullatus, id est, cucullo vel cucullâ indutus. Operiebant autem Monachi olim (vti & nunc) caput integumeto, inquit Sozomenus lib. 3. histor. cap. 13. quod cucullum (κुकουλιον) appellare solent, quod ostenderent se vitam perinde simplicem & sinceram agere atque pueros lacte nutritos, quorum caput eiusmodi tiaris inuoluunt, ut regatur simul & foueatur. Eandem causam gestati cuculli ait fuisse Cassianus lib. 1. Instit. c. 4. & S. Dorotheus doct. 1.

Hos libros seu scripta Archiuij Romani, quæ in hoc capite citavi anno 1516, à me lecta, post septimam Congregationem Generalem, deinde tempore Octauæ Congregationis Generalis, dum disceptandum esset de hoc pileo Clericali, iussu R. P. Vincentij Carrafae Generalis, accepta ex Archiuo Romano, attuli ad cubiculum R. P. Ioan. Guilh. Calaueroni tunc Secretarij Congregationis vt in illis, vna cum duobus sociis suis (inter quos erat modernus R. P. Assiensis Gallia, P. Franciscus Annatus) legeret illa, quæ in hoc capite ex illis scriptis Archiuij descripseram. Legerunt, & postea istos Originales libros & scripta Archiuij Romani attulerunt ad locum, in quo Conuentus Congregationis octauæ à nobis habebantur, & in mensa cui affidebat R. P. Generalis, cum suis Secretariis deposuerunt, & toti Congregationi aspicienda exhibuerunt, & ex illis supradicta legerunt.

